Dat. die 14. septembris 1787 anno XIII.

## DCLXXIV.

Suppressio trium conventuum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis in regno Sardiniæ.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Expedit quammaxime animarum saluti, ut qui in sortem Domini sunt vocati, quique cæteris Christifidelibus dum in clerum erunt assumpti verbo, et exemplo præire tenentur a teneris annis ad pietatem, et religionem efformentur, ac ecclesiasticis studiis instituantur; his siquidem ab adolescentia talibus instructi disciplinis nemini dabunt ullam offensionem, sed exhibentes semetipsos sicut ministros Dei, ac recte tractantes verbum veritatis, laicos, quoties id opportunum erit, de ipsorum vitiis redarguere, ipsosque libere, ac fortiter corripere poterunt. Hoc sane consilio sancta œcumenica Tridentina synodus seminariorum erectiones episcopis, cæterisque locorum ordinariis in suis singulis diœcesibus tantopere commendavit, ac Nos, prædecessoresque Nostri Romani pontifices, quoad integrum Nobis fuit, apostolicæ providentiæ partes in illorum utilitatem, ac incrementum collocare non destitimus, prout in Domino salubriter expedire arbitrati sumus.

Expositio precum porrectarum a rege Sardiniæ.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Victorii Amadei Sardiniæ regis illustris expositum fuit, quod ipse non ignorans quantum ex pia institutione, ac recta educatione illorum, qui divino cultui se mancipare desiderant, in Ecclesia Dei splendoris, atque in Christifideles utilitatis oriatur, in ea parte diœcesis Papiensis, quæ sibi in temporalibus subjecta est, scilicet in oppido civitate nuncupat. Fori Fulvii nedum annuente, sed in id suadente etiam venerabili fratri Bartholomæo archiepiscopo episcopo Papiensi, novum episcopale seminarium pro suis subditis erigere, ac instituere constituit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo erigendum seminarium hujusmodi congruis ditetur redditibus, tum ad inibi excipiendos, substentandosque alumnos, tum ad magistros conducendos, aliisque inservientibus danda stipendia considerans memoratus Victorius Amadeus, quod in eadem diœcesis Papiensis parte, quæ sub suo imperio est, tres exigui reperiuntur conventus religiosorum, quorum alter est fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis sub titulo sanctissimæ Annuntiatæ de Monte, in quo vix unus sacerdos cum suo laico, seu converso commoratur; alter fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minimorum nuncupatorum sub titulo beatæ Mariæ de Tinella loci de Costigliole di Asti Papiensis diœcesis, ubi tres tantum sacerdotes cum suis laicis, seu conversis resident; tertius demum fratrum tertii ordinis sancti Francisci de Pœnitentia nuncupati sub titulo beatæ Mariæ virginis de Gratia loci di Borgo Franco ejusdem Papiensis diœcesis, ubi pariter nisi quatuor sacerdotes, et duo laici, seu conversi degunt, in quibus omnibus conventibus vel ob tenuem individuorum numerum, vel etiam maxime ob incommodam, ac pene desertam illorum positionem regularis disciplina minime custoditur, imo etiam potius quam aliquid commodi, aut utilitatis finitimis populis afferant, ipsis non raro offensionis causas præbent, quodque propterea neque commodius, neque utilius eidem seminario consuli posset, quam si prævia eorumdem trium conventuum suppresione, quorum secundus, et tertius, ut asseritur, retroacto sæculo vigore constitutionis felicis recordationis Innocentii pp. X. incipien. *Instaurandæ* apostolica auctoritate primum perpetuo suppressi, deinde vero ad pristinum statum restituti, atque hucusque ex apostolicæ Sedis indulgentia permissi respective fuerunt, bona, jura, et actiones ad illos quomodolibet spectantia, et pertinentia in seminarii hujusmodi erectionem, et institutionem applicentur, et uniantur, prout applicari, et uniri memoratus Victorius Amadeus rex plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Supprimuntur tres conventus prædicti ordinis.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Sardiniæ regis votis annuere volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favorem præsentes Nostræ literæ concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tres dictos conventus; nempe sanctissimæ Annuntia-

tæ de Monte fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ Virginis, sanctæ Mariæ de Tinella loci di Costigliole di Asti fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minimorum; et beatæ Mariæ virginis de Gratia loci di Borgo Franco fratrum tertii ordinis sancti Francisci respective nuncupat. auctoritate apostolica tenore præsentium supprimimus, et penitus extinguimus, illorumque omnem conventualitatem, ac regularitatem tollimus, ac abolemus.

Bona applicantur aliis piis usibus.

§. 4. Bona vero mobilia, ac immobilia, et semoventia, annuosque redditus, et proventus, jura, et actiones quomodolibet ad dictos conventus spectantia, et pertinentia, salvis missarum, aliorumque legatorum piorum oneribus, quibus gravantur, salvaque ecclesiarum eisdem conventibus adnexarum manutentione, erigendo dicto seminario auctoritate, et tenore prædictis unimus, atque applicamus, et unita, et applicata esse, et fore statuimus, atque decernimus.

Consulitur professoribus suppressorum conventuum.

§. 5. Omnes porro dictorum trium ordinum professores cujuscumque gradus, et qualitatis existentes, et quocumque officio, et superioritate fungentes, in hisce sic suppressis conventibus commorantes, quoad sacerdotem, ac laicum, seu conversum conventus sanctissimæ Annuntiatæ de Monte fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis ad alium conventum sancti Antonii ejusdem ordinis loci sancti Salvatoris in Monte Ferrato; quoad tres vero sacerdotes cum suis laicis, seu conversis conventus sanctæ Mariæ de Tinella loci di Costigliole di Asti ad alium conventum sancti Francisci ejusdem ordinis civitatis Alexandrinæ provinciæ Mediolanensis; demum quoad alios quatuor sacerdotes, ac duos laicos conventus beatæ Mariæ virginis de Gratia ad alium conventum, seu conventus ejusdem ordinis a superiori generali eligendum, seu eligendos etiam extra ejusdem Victorii Amadei ditionem existentem, seu existentes, ea tamen conditione, et lege, ut unicuique ex professoribus dictorum trium conventuum annua congrua vitalitia pensio conventibus, ad quos erunt ipsi translati ex bonis, et redditibus dictorum suppressorum conventuum, ut præfertur, seminario prædicto applicatis ab illius administratoribus persolvenda assignetur, auctoritate, et tenore prædictis transferimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. Quocirca dilecto filio Horatio Cavalli de Sale utriusque juris doctori, et archiepiscopi, episcopi Papiensis in ditione memorato Victorio Amadeo regi subjecta generali in temporalibus vicario per præsentes committimus, et mandamus, primum, ut prædictos tres conventus, nempe sanctissimæ Annuntiatæ de Monte fratrum ordinis servorum beatæ Mariæ Virginis, sanctæ Mariæ de Tinella loci de Costigliole d'Asti fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minimorum nuncupat., et beatæ Mariæ Virginis de Gratia loci Borgo Franco fratrum tertii ordinis sancti Francisci respective nuncupat. fuisse, esse, et fore suppressos, atque extinctos auctoritate Nostra apostolica statuat, atque decernat; deinde ut translationem, seu translationes dictorum fratrum in dictos conventus faciendam assignata eis annua vitalitia pensione arbitrio suo, ac prudentia præfigenda, re ipsa juxta formam, ac tenorem præsentium fieri, et exequi curet, et faciat; ac tandem, ut omnia bona mobilia, atque immobilia, et semoventia, jura, et actiones ad eosdem conventus quomodolibet spectantia, et pertinentia, ita tamen, ut administratores pro tempore existentes dicti seminarii omnia missarum, et legatorum piorum onera, quibus dicti conventus ac adnexæ ecclesiæ gravantur, adimplere, ac decentem manutentionem, et earum ecclesiarum decorem studere teneantur, auctoritate, et tenore prædictis uniat, et applicet, ac unita, et applicata fuisse, esse, et fore mandet, atque declaret. Nos enim eidem Horatio omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ pro locorum, rerumque circumstantiis componere, ac constituere pro sua prudentia magis in Domino salubriter expedire arbitrabitur, facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Submovetur omne remedium juris, quod impedire posset executionem literarum apostolicarum.

§. 7. Decernentes has præsentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso etiam

enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbo insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimotertio.

---

## DCLXXV.

Dat. die 12 septembris 1787. anno XIII.

Supprimuntur nonnulla hospitia, et conventus nec non canonicatus, et beneficia cathedralis Belemensis, et eorum bona applicantur seminario, et collegio.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Ingeniosa reginarum illustrium, ac præsertim harum, quæ apostolicæ Sedi sunt fidelitate conjunctæ pietas iterum iterumque perspecta modo in divini cultus honore undique promovendo, quandoque vero in populorum eis subjectorum, quibus jugiter spiritualiter æque, ac etiam temporaliter flagranti animo adlaborant, et student felicitate modis omnibus pro curanda paterna viscera Nostra adeo allicit, atque in Domino oblectat, ut ipsis ad Nos postremo recurrentibus, et nova piorum locorum maxime pro adolescentium humanarum, divinarumque literarum scientia imbuendorum, tum etiam puellarum respectiva educatione, infirmorumque demum cura, et solamine institutionum concepta vota, et opportuna media exhibentibus Nos junctis Deo manibus, qui tam sanctas cogitationes excitat, gratulanter annuentes obviam ire non immoramur ea concedentes, quæ et petitioni Nobis factæ respondeant, ac cæteros etiam Christianos principes ad tam utilia catholicæ religioni opera fovenda, ac pertractanda sub harum exemplo benedicente Domino efficacius accendere valeant.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus per dilectum filium Josephum Pereira Santiago equitem ordinis sancti Jacobi de Spatha apud Nos, et Sedem apostolicam carissimæ in Christo filiæ No-

stræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ regalibus negociis præpositum populus Belemensis de Parà civitatis, et diœcesis in parte magis septentrionali Americæ meridionalis, et Brasiliæ regni sub dominio tamen dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ consistens adeo considerabili numero modo adauctus reperiatur, ut illis stabilimentis, et mediis indigeat, quæ ad religiose, civiliterque vivendum sunt necessaria, dicta Maria Francisca regina fidelissima pro eximia ejus, et quod optimum principem decet, spiritualis, et temporalis suorum subditorum utilitatis procurandæ vigilantia, unum seminarium, seu collegium, ubi pueri pie, et religiose educari, ac bonis moribus, humanioribusque literis imbui valeant, ac unum xenodochium pro pauperibus infirmis inibi curandis, nec non unam piam domum pro recta puellarum educatione in dicta civitate, vel diœcesi Belemensi de Parà respective fundanda, atque instituenda, et fundandam, atque instituendam fore duxit valde proficuum, et opportunum, proindeque hac salutari per dictam Mariam Franciscam reginam fidelissimam super præmissis capta deliberatione ad procuranda media magis accomodata, et ad optatum finem facilius conducentia animum suum adjecit. Cumque pro constituenda firma, stabilique dotatione ejusdem seminarii, seu collegii, ac prædicti xenodochii, et dictæ piæ domus sic, ut præfertur, respective fundandorum, atque instituendorum æque firma, et stabilia requirantur subsidia; provide idcirco dicta Maria Francisca regina fidelissima considerans, quod in prædicta civitate Belemensi de Parà unus adest conventus religiosorum ordinis fratrum calceatorum beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum nuncupatorum, ac unum in villa de Camerà, et alterum in villa de Vigia dictæ diœcesis parva fratrum ejusdem ordinis existunt hospitia, quorum individui in eis degentes regularia negligunt sui ordinis instituta, adeo ut non solum nihil utilitatis, et commodi christiano populo afferant, sed etiam (prout ex habitis informationibus certo constat) gravaminis sint intollerabilis. Capitulum vero majoris ecclesiæ Belemensis de Parà quatuor dignitatibus, et decem canonicatibus, totidemque presbyteratibus, ac sex aliis canonicatibus totidemque diaconatibus, et quatuor etiam aliis canonicatibus, totidemque subdiaconatibus respective nuncupatis præbendis, et sexdecim perpetuis simplicipus personalem tamen residentiam requirentibus beneficiis ecclesiasticis, beneficiatibus etiam nuncupatis, nec non viginti et una perpetuis sine cura, dictam tamen residentiam requirentibus, cappellaniis, ac decem pueris choro dictæ majoris ecclesiæ addictis, aliisque illi inservientibus constat; quæ quidem dignitates, nec non canonicatus, et præbendæ, ac beneficia prædicta, et cappellaniæ prædictæ, ut etiam accepimus, de jurepatronatus dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ, ejusque Portugalliæ, et Algarbiorum hujusmodi successorum regum fidelissimorum pro tempore existentium ex fundatione, vel dotatione existunt, optime intellexerit, quod si conventus hujusmodi, et duo hospitia prædicta, prout etiam quatuor ex canonicatibus, et presbyteratibus, ac duo ex aliis canonicatibus, et diaconatibus respective nuncupatis præbendis hujusmodi; nec non octo ex prædictis beneficiis ad præsens si qui, et quæ sint quovis modo respective vacantes, et vacantia, seu primo loco, et quovis modo respective vacaturi, et vacatura per Nos, ut infra respective supprimerentur, et extinguerentur, ita ut dictæ majoris ecclesiæ canonicatus, et præbendæ ad quatuordecim, beneficia vero hujusmodi ad octo respective numerum pro exacto ipsius majoris ecclesiæ servitio, atque in ea sacris functionibus, divinisque officiis decenter peragendis, et celebrandis sufficientem reduci debeantur, firmis tamen remanentibus, et in hujusmodi reductione non comprehensis quatuor dignitatibus, ac viginti, et unam cappellaniis prædictis: nec non ejusdem conventus, et duorum hospitiorum, nec non canonicatuum, et præbendarum, ac beneficiorum sic per Nos, ut infra supprimendorum, et extinguendorum hujusmodi respective bona, fructus, redditus, et proventus seminario, seu collegio, ac xenodochio, et piæ domui prædictis, ut præfertur, respective fundandis, et instituendis, ac pro ædificiis ad hujusmodi effectum aptis, et necessariis construendis, illorumque manutentione, prout etiam præceptorum, aliorumque ministrorum, et inservientium stipendiis, aliisque stabilimentis æque necessaria modo, et forma infrascriptis applicarentur id opportunum sane foret medium, quo ad seminarii, seu collegii, ac xenodochii, et piæ domus prædictorum respective fundationem, et institutionem prædictas, ac

fundorum pro illorum respective subsistentia, et dotatione necessariorum, aliorumque stabilimentorum hujusmodi constructionem facilius posset deveniri. Ad quem suppressionis, et applicationis effectum dictus Josephus ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine Nostram, et Sedis apostolicæ auctoritatem desuper imploravit.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur tam piis ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ votis obsecundare volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine ex nunc supradictum conventum, et duo hospitia prædicta cum omnibus illorum officiis, ministeriis, omnique conventualitate, eorumque respective titulo, essentia, et denominatione, ac etiam ex nunc, si qui, et quæ quovis, quem Nos præsentibus haberi volumus pro expressis, modo vacantes, et vacantia existant, seu ex nunc prout ex tunc, et e contra quatenus tamen illi, et illa ad præsens vacantes, et vacantia minime existant, postquam tamen illi, et illa ex personis eos, et ea ad praesens respective obtinentibus quovis modo respective vacaverint. Quatuor canonicatus, totidemque presbyterales, ac alios duos canonicatus, totidemque diaconales respective nuncupatas præbendas ex supradictis viginti canonicatibus, et præbendis, nec non octo ex beneficiis prædictis, illorumque respective titulos collativos, nomina, denominationes, naturas, et essentias canonicatuum, et præbendarum, ac beneficiorum collativorum, ita quod illi, et illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativi, et collativa esse desinant, et de cætero uti tales, et talia in titulum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo etiam ad nominationem dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ, ejusque successorum regum fidelissimorum prædictorum pro tempore existentium nullatenus unquam disponi possit, et si illos, et illa deinceps ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, et quævis aliæ dispositiones de illis pro tempore quomodolibet respective factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo respective supprimimus, et extinguimus.

Assignatio bonorum suppressis conventibus, et hospitiis pertinentium.

§. 4. Illisque sic suppressis, et extinctis, ex nunc omnes, et singulos conventus, et duorum hospitiorum, ac si qui, et quæ ad præsens vacent, seu quatenus illi, et illa minime vacantes, vel vacantia existant in eventum præmissum tantum, et non alias canonicatuum, et præbendarum, ac beneficiorum, sic ut præfertur, suppressorum, et extinctorum respective fructus, redditus, proventus, res, proprietates, obventiones, et emolumenta quæcumque, dictique conventus, et duorum hospitiorum respective bona mobilia, et immobilia, tam sacra, quam profana, domos, vineas, prædia, canones, responsiones, introitus, et jura quæcumque ubicumque locorum existant, seminario, seu collegio, ac xenodochio, et piæ domui, aliisque stabilimentis prædictis, ut præfertur respective fundandis, atque instituendis, ita quod liceat illorum futuris œconomis, seu deputatis pro tempore extituris per se, vel alium, seu alios eorum, ac seminarii, seu collegii, ac xenodochii, et piæ domus sic, ut præfertur, fundandæ et instituendæ nomine ex nunc conventus, et duorum hospitiorum, ac vacantium, et statim ac casus illorum respective vacationis evenerit, minime ad præsens vacantium respective canonicatuum, et præbendarum, ac beneficiorum prædictorum sic, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum, illorumque respective rerum, bonorum, proprietatum, bonorum, vinearum, prædiorum, canonum, responsionum, introitorum, et jurium prædictorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates, domos, vineas, et prædia hujusmodi respective locare, dislocare, arrendare, illorumque fructus, redditus, proventus, obventiones, et emolumenta, canones, responsiones, et introita hujusmodi respective percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per seminarii, seu collegii, ac xenodochii, et piæ domus sic, ut præfertur, fundandæ, atque instituendæ œconomos, seu deputatos pro tempore extituros prædictos manutentionis ecclesiarum, conventus, et duorum hospitiorum, ac canonicatuum, et præbendarum, et beneficiorum per Nos, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum hujusmodi, ac piarum fundationum respective oneribus, et detracta quoque prius ex illis congrua

portione convertenda in tot annua assignamenta favore individuorum conventus, et duorum hospitiorum per Nos, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum hujusmodi per infrascriptum executorem discrete, prævia ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ approbatione, et prout indigentia postulabit, constituenda, et per œconomos, seu deputatos prædictos pro tempore extituros individuis prædictis ad alium conventum ejusdem ordinis in præfectura, vulgo capitania do Maranhao nuncupata sancti Ludovici de Maranhao civitatis, vel diœcesis sub ditione dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ etiam consistente, ut infra, transferendis, quatenus tamen conventus secundo dictus sufficientes non habeat redditus pro dictorum individuorum, ut præfertur, transferendorum alimonia, et manutentione, seu etiam in eventum, in quem aliqui ex individuis prædictis indultum vivendi in sæculo in habitu presbyterorum sæcularium a Sede apostolica impetraverint ad eorum respective vitam, et non alias persolvendi apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo proportionabiliter applicamus, et appropriamus. Ac propterea fratres primodicti conventus, et duorum hospitiorum per Nos, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum hujusmodi ad secundo dictum alium conventum dicti ordinis eadem apostolica auctoritate transferimus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes præsentes Nostras literas apostolicas etiam ex eo, quod fratres primodicti conventus, et duorum hospitiorum per Nos ut præfertur suppressorum, et extinctorum hujusmodi, eorumque ordinis prædicti superiores, et cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes illis non consenserint, nec ad id vocati, et auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ nullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali: sive etiam ex eo, quod in eisdem præmissis solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel a quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabilis, et privilegiata, etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, vel gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, et impetrato quemquam uti, seu se juvari posse, neque debere, ac easdem præsentes semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis facultate, auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero annuo beneficiorum, aliorumque fructuum, reddituum, et proventuum ecclesiasticorum valore in suppressionibus, et applicationibus perpetuis, hisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quatenus opus sit felicis recordationis Pauli pp. II. prædecessoris Nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti conventus, dictæque majoris ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia robo-

ratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis prædictæ majori ecclesiæ, illiusque præsuli, capitulo, et canonicis, dictoque ordini, illiusque superioribus, religiosis, et personis quibuslibet sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis pro illorum sufficienti derogatione aliter de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Deputatio executoris apostolici.*

§. 7. Per easdem vero præsentes venerabilem fratrem Nostrum modernum archiepiscopum Thessalonicensem in partibus infidelium in civitate Lisbonensi commorantem in exequutorem earumdem præsentium literarum apostolicarum dicta apostolica auctoritate deputamus. Eidemque archiepiscopo, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in hujusmodi exequutione subdelegare libere, et licite valeat eadem apostolica auctoritate facultatem concedimus, et impertimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, translationis, decreti, derogationis, deputationis, et facultatis concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pridie idus novembris, pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

---

## DCLXXVI.

*Dat. die 17 novembris 1787 anno XIII.*

Suppressio unius ex dignitatibus principalibus patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis, illiusque fructuum applicatio muneri generalis inquisitoris tribunalis sacræ inquisitionis in regno Portugalliæ.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Venerabili fratri
archiepiscopo Lacædemoniensi
in partibus infidelium
Lisbonæ commoranti
salutem, et apostolicam benedictionem

*Proœmium.*

§. 1. Cum apostolatus officium humeris Nostris licet immerito a Christo Domino impositum a Nobis exigat, ut ad omnes officii hujusmodi partes adimplendas nulla ex iis prætermissa, nulla neglecta curas Nostras dirigere debeamus, atque omnibus occurrentibus in vinea Domini necessitatibus manum præbere opportunam. Cumque harum partium inter præcipuas postrema non sit ecclesiasticis illis viris, qui pro tuenda catholica religione, eademque vinea Domini non excolenda solummodo, sed et infestis in ea succrescentibus herbis evellendis, atque extirpandis strenuam operam impendunt firma, stabilique mercedis assignatione alacritatem addere, et animum, laudabilibus proinde personarum regia potestate fulgentium, votisque in id operis viribus propensius student incumbere apostolicæ Sedis gratia fovere summopere in Domino oblectamur.

*Tenor precum porrectarum a regina Portugalliæ, et Algarbiorum.*

§. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Josephi Pereira Santiago equitis ordinis sancti Jacobi de Spatha, ac carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ apud Nos, et Sedem apostolicam suis regiis negociis præpositi, ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine petitio continebat, quod cum ipsa serio perpenderit pro tem-

pore existentibus generalibus inquisitoribus tribunalis sacræ inquisitionis contra hæreticam pravitatem in Portugalliæ, et Algarbiorum hujusmodi regnis existentibus, ad hoc ut ipsi tam conspicuum ecclesiasticum munus decentius substinere valerent per pro tempore existentes eorumdem Portugalliæ, et Algarbiorum reges fidelissimos ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ prædecessores ex propriis regiis redditibus gratuitas substentationes subministrari hactenus oportuisse, propterea que, ac ob ejus commendabilem religionis zelum, et pro ea, qua erga ecclesiasticos viros præsertim in tam insigni dignitate constitutos fertur benignitate summopere cupiant, infrascripti moderni, et pro tempore existentium generalium inquisitorum hujusmodi statui decenter, ac firmiter providere, ed ad hunc effectum perspectum habeat, quod si ex nunc deinceps omnes, et singuli fructus, jura, obventiones, et emolumenta unius ex dignitatibus generalibus nuncupatis patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis ad præsens certo, quem præsentibus haberi volumus pro expresso modo, extra Romanam curiam vacantibus, quæ sicut accepimus, prout etiam aliæ ejusdem patriarchalis ecclesiæ dignitates, prælaturæ similiter nuncupatæ; ac canonicatus, et præbendæ, cæteraque beneficia ecclesiastica in dicta patriarchali ecclesia existentia de jurepatronatus prædictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ ex fundatione, vel dotatione existunt (prævia tamen illius tituli collativi perpetua suppressione, et extinctione) muneri generalis inquisitoris pro tempore existentis hujusmodi perpetuo applicarentur, et appropriarentur, et hoc profecto illius statui, ac decenti substentationi juxta ejusdem muneris exigentiam, ac tam pia dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ vota opportune consuleretur. Quare pro parte dicti Josephi ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine supradicto Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ justis, ac piis votis, et desideriis prædictis favorabiliter annuere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio concessionis, et mandatum ad peragendam suppressionem dignitatis in ecclesia patriarchali Lisbonensi.

§. 3. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, et in unionibus, seu applicationibus hujusmodi semper commissio fieret ad partes, vocatis, quorum interest, idemque servaretur in quibusvis suppressionibus, perpetuis dismembrationibus, ac concessionibus etiam de quibuscumque fructibus ecclesiasticis, quique regias dispositiones ad stabilimentum status personarum ecclesiasticarum provide factas benigno favore prosequi studemus, specialem gratiam facere volentes, nec non aliarum applicationum prædicto muneri generalis inquisitoris hactenus forsan factarum, si quæ sint tenores etiam veriores, ac datas præsentibus pro expresse habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint ad id evocandi, dignitatem prædictam, sive ut præfertur, alias quovis modo, aut ex cujuscumque persona, seu per liberam cujusvis resignationem de illa extra dictam curiam etiam coram notario publico, et testibus sponte factam, aut assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, ac dignitas prædicta dispositioni apostolicæ specialiter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum, dictæque dignitatis titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam dignitatis collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illa quovis modo etiam ad nominationem, seu præsentationem dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ, ejusque successorum regum fidelissimorum pro tempore existentium disponi nullatenus unquam possit, et si illam deinceps ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, et quævis aliæ dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant auctoritate Nostra perpetuo supprimas, et extinguas.

Applicatio bonorum spectantium ad dignitatem supprimendam.

§. 4. Illaque sic suppressa, et extincta omnes, et singulos ejusdem dignitatis per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ fructus, redditus, et proventus certos, et incertos, distributiones quotidianas, jura, et emolumenta quæcumque ad eamdem dignitatem per te, ut præfertur, supprimendam, et extinguendam quomodolibet spectantia prædicto muneri generalis inquisitoris hujusmodi, ita quod liceat venerabili fratri Nostro Ignatio a sancto Cajetano moderno archiepiscopo Thessalonicensi in partibus infidelium moderno ex nunc, ac perpetuis futuris temporibus ipsius Ignatii archiepiscopi in munere prædicto successoribus generalibus inquisitoribus pro tempore existentibus per se, vel per alium, seu alios eorum, ejusdemque muneris nomine prædictæ dignitatis per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ, illiusque bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, redditunm, et proventuum certorum, jurium, obventionum, et emolumentorum prædictorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, et emolumenta prædicta percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per dictum Ignatium archiepiscopum ut præfertur, modernum, et pro tempore existentem generalem inquisitorem hujusmodi prædictæ dignitatis per te, ut præfertur, supprimendæ, et extinguendæ missarum, aliisque, si quæ sint illius oneribus in eorum respective usus, et utilitatem convertere, et de illis absque ulla prorsus differentia, aut imminutione, prout eadem Maria Francisca regina fidelissima provide statuit, libere gaudere diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita auctoritate Nostra prædicta, et sine alicujus præjudicio etiam perpetuo applices, et appropries.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Nos enim si suppressionem, extinctionem, applicationem, et appropriationes hujusmodi, aliaque per te earumdem præsentium vigore fieri contigerit, ut præfertur, easdem præsentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, et adimpleri debere, nec ullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa etiam quantumvis juridica, et legitima, pia, et privilegiata, ac speciali nota digna, etiam ex eo, quod causæ propter quas præmissa emanarunt, adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quovis alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, aut quocumque alio capite notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem eamdem, etiam motu proprio, et ex certa scientia, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes revocari, suspendi, restringi, limitari, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti, seu gratiæ, aut justitiæ remedium impetrari, seu illis in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas etiam quandocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum Romanorum pontificum pro tempore existentium, et cujuslibet illorum ad summi apostolatus apicem, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat in posterum edendas comprehendi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, ac validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter

observari. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus priori voluntate Nostra prædicta, ac Lateranensis concilii novissime celebrati suppressiones, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide, hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo septimo quintodecimo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

## DCLXXVII.

Dat. die 23. novembris 1787. Anno XIII.

Confirmatio capituli provincialis ordinis s. Augustini Eremitarum nuncupatorum provinciæ Limanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ misericordiæ pastoralis officii sollicitudo postulat, ut ad ea, per quæ prospero illorum Christifidelium, qui Deo proprius in religione famulari susceperunt, statui, quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum a rege catholico.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod licet alias bonæ memoriæ Joannes de Raya, dum vixit, visitator, et reformator legitime deputatus dilectorum filiorum fratrum ordinis sancti Augustini Eremitarum nuncupat. provinciæ Limanæ inter cætera dilectum itidem filium Michaelem Munatriz fratrem dicti ordinis sancti Augustini expresse professum utriusque suffragii expertem esse declaraverit, seu voce activa, et passiva privaverit, nihilominus in capitulo provinciali anno MDCCLXXXII. habito memoratus Michael a pluralitate vocalium in provincialem hujusmodi nulliter, atque invalide fuit electus, de qua irregularitate a pro-rege Peruviano commoniti vocales prædicti nondum post ad novam electionem processerunt, ac iterato scrutinio, electio in dilectum filium Laurentium Rodriguez fratrem provinciæ, et ordinis prædictorum expresse professum devenit, qui muneris hujusmodi possessionem nactus, illud laudabiliter functus est, ea etiam, quæ pro ejusdem provinciæ reformatione jam fuerunt constituta exequendo. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Karolus rex catholicus ad omnem arcendam dubitationem, ac scrupulum ex animo vocalium hujusmodi, quæ circa legitimam electionem dicti Laurentii Rodriguez in provincialem provinciæ Limanæ prædictæ forsan exorta sunt, capitulum provinciale prædictum, cum etiam in eo factam electionem, cæteraque inde sequuta per Nos confirmari, et quatenus opus sit,

sanari, aliaque pro ejusdem provinciæ utilitate disponere summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 3. Nos igitur licet capitulum provinciale prædictum, nec non electio dicti Laurentii alias a dilecto filio magistro generali dicti ordinis fratrum sancti Augustini Eremitarum nuncupat. fuerint confirmata, nihilominus cum nil desideremus impensius, nilque Nobis magis cordi sit, quam inter eos præsertim Christifideles, qui e fluctibus sæculi erepti ad tranquillum religionis portum confugerunt, omnes dissentionum, ac disceptationum causas adimere, ac piis ejusdem Karoli regis catholici votis annuere volentes, dictæque provinciæ vocalium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi Nobis humiliter porrectis inclinati, capitulum provinciale prædictum anno MDCCLXXXII. habitum, seu celebratum, ut præmittitur, nec non electionem dicti Laurentii in provincialem provinciæ hujusmodi in eo factam, atque omnia inde sequuta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et validamus, et quatenus opus sit, omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem intervenerint, supplemus, et sanamus.

Conditiones adnexæ.

§. 4. Atque ut in proximo futuro capitulo provinciali provinciæ prædictæ omnia juxta ordinis prædicti statuta, et dictæ provinciæ consuetudines in pace fiant, venerabilem fratrem Joannem Dominicum archiepiscopum Limanum, de cujus prudentia, integritate, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in dicto capitulo provinciali Nostro, et Sedis apostolicæ nomine præsidentem cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus similibus præsidentibus competentibus, aliisque solitis, et consuetis, ac cum facultate, ut si, et quando definitorum nominationibus, ac superiorum localium electionibus, aliisque actibus capitularibus hujusmodi interesse non poterit, suum in spiritualibus vicarium in sui locum ad hujusmodi præsidentis munus obeundum cum auctoritate, et facultatibus illi per præsentes concessis substituendi auctoritate, et tenore prædictis facimus, constituimus, et deputamus. Quod si interim, quod Deus avertat, memoratus Joannes Dominicus archiepiscopus ex hac vita migrare contigerit, in sui locum in præsidentem hujusmodi cum auctoritate, facultate, et jurisdictione prædictis vicarium capitularem legitime deputatum sufficimus, ac constituimus. Præterea eidem Joanni Dominico archiepiscopo per præsentes committimus, et mandamus, ut duos fratres ordinis, et provinciæ prædictorum expresse professos sibi benevisos, qui cæteroquin prudentia, ac religionis zelo maxime commendabiles sint, deputet, ut accepti, et expensi conventus Limani dicti ordinis initium sumendo a provincialatu dilecti filii Thomæ Artuis usque ad modernum priorem Limanum, a tempore scilicet, quo vita communis in dicto conventu fuit inducta, rationes petant, easque, quatenus rectæ reperiantur, approbent, et confirment.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approba-

tis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia novembris millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

---

## DCLXXVIII.

Dat. die 27. novembris 1787 anno XIII.

Ad felicius regimen custodiæ Terræ Sanctæ ordinis fratrum minorum observantium nova præscribitur custodis, officialium, et discretorum eligendorum forma.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque sacrosancti apostolatus officii Nobis divinitus commissi curas, in id præcipue pastoralem Nostram omnium ecclesiarum sollicitudinem incumbere oportere intelligimus, ut salubriori directioni, feliciorique progressui sacrorum operariorum, quos ad Dominicum agrum excolendum mittimus, consulamus.

Memorantur providentiæ quæ a Romanis pontificibus favore religiosorum ordinis minorum.

§. 2. Dudum siquidem prædecessores Nostri Romani pontifices religiosos viros ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, in civitate Hierusalem, aliisque sanctis Palestinæ locis, in quibus Christus Dominus humanæ redemptionis mysteria ortu, vita, et morte sua consummavit divino cultui, et proximorum, ac peregrinorum saluti famulantium, pluribus privilegiis, facultatibus, exemptionibus, gratiis, et indulgentiis exornarunt, ad quos omnes magnus profecto cumulus accessit concessionibus prædecessorum Nostrorum Benedicti XIII., et Benedicti XIV. quorum alter constitutione, quæ incipit *Loca sancta*, data quinto nonas martias MDCCCXXVII omnia, et singula privilegia a Romanis pontificibus decessoribus Nostris custodiæ Terræ Sanctæ in genere, et in specie, aut alias quinque ab hinc sæculis quomodolibet tributa, iterum concessit, amplissimaque in forma innovavit; alter per quasdam suas in simili forma Brevis literas, quorum initium: In *supremo militantis Ecclesiæ solio*: die vii januarii MDCCCXXVI. expeditas, statuta, et decreta pro felici ejusdem custodiæ guberaio, a tunc temporis existente ministro generali supradicti ordinis, in duas familias Cismontanam, et Ultramontanam dictas, jam diu divisi ipsius pontificis mandato, et auctoritate compilata, et per Nostram congregationem de Propaganda Fide revisa, et mature perpensa, approbavit, et apostolicæ confirmationis robore communivit; quibus in statutis rata habetur vetustissima illa consuetudo usque ab anno MDCCCLXIV. in generalibus prædicti ordinis comitiis confirmata, de tribus præcipuis ejusdem custodiæ officiis guardianatu, scilicet sancti montis Sion, vicariatus sanctissimi Salvatoris, et procuratione rerum temporalium ad custodiam pertinentium in utriusque familiæ religiosos, ita dividendis, ut guardianatus Cismontano, vicariatus Gallo, procuratio Hispano, semper, et privative deferri debeat.

§. 3. Quum autem nuper dilectus filius eques Joseph de Azara charissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici apud Nos, Sedemque apostolicam minister plenipotentiarius, exponi Nobis curaverit regio nomine magis convenire spirituali ac temporali regimini supradictæ custodiæ Terræ Sanctæ, et ad animos religiosorum variarum nationum, ex quibus eadem custodia conflatur, mutuæ charitatis vinculo devinciendos, ut ad prædicta tria præcipua officia, et munera promiscue, atque alternatim aditus pateat religiosis familiæ, tam Cismontanæ, quam Ultramontanæ, et quoad Ultramontanam familiam Hispanis, Gallis, et Lusitanis, juxta methodum a laudato equite Josepho de Azara scripto traditam, ac dilectum filium magistrum Stephanum Borgia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum a secretis Nobis relatam; proindeque petierit, ut novam hanc dictorum trium officiorum in religiosos prædictarum nationum distribuendorum formam auctoritate apostolica constitueremus. Expositio precum porrectarum.

Tenor concessionis.

§. 4. Hinc est quod Nos desiderio flagrantes satisfaciendi petitioni inclyti regis, cui vera Dei religio, non modo

in suis florentissimis regnis, atque provinciis ipsius pietate, et opibus diligentissime communita, verum, et ubique terrarum fulta præsidio, officiisque ac beneficiis suis defensa, aucta, et propagata, tantum debet, quantum commemorari vix potest, simulque feliciorum gubernationi religiosorum prædictæ custodiæ, et accuratiori administrationi pecuniarum, quæ ad loca sancta manutenenda, et conservanda impenduntur, prospicere volentes, audito prius dilecto filio Paschale a Varisio ministro generali supradicti ordinis, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium mandamus, decernimus, et constituimus, ut in posterum dicta tria officia, et munera guardiani, vicarii, et procuratoris Terræ Sanctæ, sexennii spatio duratura, quacumque confirmationis spe prorsus sublata, ab Hispanis, Gallis, Lusitanis, et Cismontanæ familiæ religiosis promiscue, et per turnum, sic exerceri debeant, ut et nunc, primo nempe sexennio, quod proxime immediate subsequitur, eligatur ad officium guardianatus, quod in præsens, jam vacat per obitum bo: mem: fr: Joan. Dominici a Lavigliano ejusdem Terræ Sanctæ, dum viveret guardiani religiosus Hispanus, ad vicariatum Cismontanus, ad procurationem Gallus; secundo vero sexennio ad guardianatum Cismontanus, et vicariatum Gallus, ad procurationem Lusitanus; tertio sexennio ad guardianatum Gallus, ad vicariatum Lusitanus, ad procurationem Hispanus; quarto sexennio ad guardianatum Lusitanus, ad vicariatum Hispanus, ad procurationem Cismontanus respective assumantur, et eligantur; et sic deinceps de sexennio in sexennium eodem ordine mox constituto.

Conditiones adnexæ.

§. 5. Electio autem dictorum trium officiorum fiat a capitulo provinciali totius custodiæ Terræ Sanctæ eo, qui sequitur modo. Minister, seu superior generalis instituat, atque eligat opportuno tempore in præsidentem capituli mox indicendi religiosum ejusdem custodiæ, vel ex alia quacumque provincia, qui tamen sit ex ea natione, seu familia, cujus nulla haberi potest ratio in prædictis officiis demandandis, juxta turnum, atque ordinem supra propositum, proindeque talis præsidens per superiorem generalem nominandus primo sexennio Lusitanus, altero Hispanus, tertio Cismontanus, quarto demum sexennio Gallus esse debebit. Huic porro præsidenti, sic electo, idem superior ordinis communicabit omnes, et singulas facultates, et jura, quæ ordinis constitutiones, et consuetudines præsidentibus capitulorum tribui solent, illo dumtaxat excepto, vocis passivæ, sive elegibilitatis ad prædicta tria officia, quo perfrui nullo modo debet juxta ea, quæ paulo ante constituimus; ejusdem præsidentis officium erit capitulum per literas convocatorias anno circiter ante expediendas ad constitutam diem indicere in præcipuo totius custodiæ cœnobio, vel si inibi pestis grassetur, in alio quocumque ejusdem custodiæ conventu, celebrandum. Ad hoc autem capitulum omnes guardiani conventuum, et præsidentes actuales hospitiorum Terræ Sanctæ tenebuntur accedere, nisi infirmitas valetudinis, vel epidemica contagio occupans loca, in quibus degunt, vel per quæ iter agere debebunt, fuerit impedimento, iisque impeditis liceat religioso sacerdoti suæ respectivæ nationis ex eadem Terræ Sanctæ custodia per legitimum procuræ mandatum a præsidente capituli cum discretorio recognoscendum, et admittendum proprii suffragii prærogativam deferre. Hi igitur guardiani conventuum, et præsidentes hospitiorum una cum præsidente capituli, et discretorio Terræ Sanctæ, quod ex septem religiosis coalescit, nempe ex guardiano, vicario, procuratore, aliisque quatuor, qui discreti appellantur, capitulariter congregati, per procuratoris, tum ad triennalia officia quatuor discretorum ex totidem nationibus, Italica nempe, Hispanica, Gallica, et Germanica semper assumendorum, etiamsi munus decurrente triennio ex obitu, vel dimissione alicujus discreti vacet (qui tamen poterunt ad aliud triennium, aut antea continuare, si ita expediens discretorio videbitur, et dummodo per secreta suffragia quatuor ad minus concurrant pro continuatione) totidemque alios religiosos illarum nationum, ex quibus quoad tria potiora tenore præsentium; quoad cætera vero juxta Terræ Sanctæ statuta, sunt assumendi, sicque electi, et de novo instituti respectivorum officiorum possessionem illico capiant una cum electo in guardianum s. montis Sion, cui habita ratione distantiæ locorum concedimus, et indulgemus, ut jurisdictionem suam in omnes, et singulos fratres in custodia Terræ Sanctæ commorantes exercere possit, et valeat, etiam antequam ad eam pervenerint,

tum confirmatoriæ superioris generalis sui, tum patentes literæ, et facultates præfecti missionum a custodia Terræ Sanctæ dependentium per supradictam congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negociis propagandæ fidei præpositorum ipsi concedendæ, quas literas statim post electionem petere, et obtinere tenebitur, obtentasque formiter publicare: concesso etiam interim usu facultatum, tam ordinariarum, quam extraordinariarum, quæ per organum ejusdem congregationis eidem guardiano concedi solent. Præsidens autem capituli, novusque guardianus, vicarius, et procurator tribunal component, quo coram singillatim discutientur rationes, et merita illorum religiosorum, qui tribus hisce sexennalibus muneribus nuper perfuncti fuerant, talisque sindicatus explebitur per judiciale decretum approbationis, seu reprobationis, sive ex toto, sive ex parte rerum a singulis gestarum in respectivi exercitatione muneris; cujus quidem decreti authenticum exemplar quatuor virali prædictorum judicum subscriptione munitum, transmittent ad superiorem generalem ordinis, qui pro excussis in prædicto sindicatu rationibus, debitas cuilibet, vel pro meritis laudes, et præmia, vel pro defectibus pœnas, reprehensionesque sua auctoritate constituet.

Reservationes specialis.

§. 6. Vacante tandem per obitum, vel alia quacumque de causa in sexennii, aut triennii decursu aliquo, sive ex tribus majoribus officiis, guardianatus, vicariatus, et procurationis, sive ex quatuor minoribus, discretorii partes erunt illico subrogare, et eligere ad muneris complementum, videlicet ad tempus sexennalis, vel triennalis spatii, quod remanet, alium religiosum illius nationis, quæ vacans officium occupabat, adeo ut quolibet sexennio, vel triennio unaquæque natio suum respective munus juxta turnum supra præfixum, integre occupare debeat. Talis autem subrogatio, et electio sub nullitatis pœna fiat, ut sequitur. Proponantur ab officiali illius nationis, ex qua novus est assumendus tres religiosi, ac si contigerit, ut vacante officio quod Lusitanus occupabat, nullus adsit Lusitanus inter sex viros, qui supersunt, tunc trium Lusitanorum præsentatio ad digniorem officialem Hispanum pertineat. Deinde facta in discretorio discussione meritorum de singulis: guardianus, vel vicarius, si de guardiano eligendo agatur, eligendum discretorio proponet, quem magis dignum, et idoneum in Domino judicaverit; editoque ab electoribus jurejurando coram imagine Christi Domini cruci affixi de meliore eligendo, subrogatio, seu electio fiat per secretas ballottationes, ut ajunt, sive suffragia, ac si majorem suffragiorum numerum tulerit, pro officiali, vel discretum legitime electo habeatur: sin vero alium ex tribus proponet idem guardianus, vel vicarius, ubi de guardianatu conferendo agitur, usque dum per votorum pluralitatem contigat electio.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali, et formali, ac incogitato, vel inexcogitabili necessariam expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci ullo modo unquam posse; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et alios quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, atque in conciliis, et capitulis, tam generalibus, quam provincialibus editis generícis, et specificis constitutionibus, decretis, et ordinationibus, ac nominatim, quatenus opus sit, dictæ custodiæ Terræ Sanctæ, aliisve quibuscumque, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, decretis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis personis, et locis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque effi-

cacioribus efficacissimis, et insolitis, clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, et pluries innovatis. Quibus omnibus, et singulis tametsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXVII novembris MDCCLXXXVII., pontificatus Nostri anno decimo tertio.

---

Dat. die 7. decembris 1787 anno XIII.

## DCLXXIX.

Exemptio hospitalis pro mentecaptis civitatis Alexandrinæ provinciæ Mediolanensis, eique inservientium et ministrorum a jurisdictione parochi intra cujus jurisdictionis septa existit, cum facultate illius rectori administrandi sacramenta, et gerendi curam animarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Piis fidelium votis, quæ ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstrantur, animo Nos decet libenti petentium desideriis congruum concedere suffragium, prout in Domino salubriter expedire conspicimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii priores, et confratres confraternitatis sanctissimæ Trinitatis nuncupat. civitatis Alexandrinæ provinciæ Taurinensis administratores xenodochii, seu hospitalis in eadem civitate Alexandrina pro mentecaptis ordinaria, et regia auctoritate instituti, quod utile, imo forsan, et necessarium foret, si sacerdos ab eis in rectorem hospitalis prædicti eligendus, et ab ordinario approbandus independenter a parocho collegiatæ, et parochialis ecclesiæ sanctorum Petri, et Dalmatii, intra cujus jurisdictionis limites dictum hospitale existit, tum infirmis pro tempore in eo existentibus, tum ejusdem hospitalis ministris, et inservientibus omnia sacramenta administrare, spiritualiter ipsis adesse, cæteraque omnia, quæ curam animarum spectant, gerere, libere, ac licite posset, et valeret, eaque propter in ecclesia prope hospitale prædictum, et in illius utilitatem, et commodum ædificanda sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, ac sacrum infirmorum oleum retinere, ac servari, in eaque tumulari liceret; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita dilecti filii moderni vicarii capitularis vacantis ecclesiæ Alexandrinæ legitime deputati relatione, supplicationibus hujusmodi inclinati, hospitale prædictum, illiusque rectorem, ministros, et inservientes, inter ejus septa commorantes, ac in eo pro tempore degentes infirmos, seu mentecaptos a quibusvis juribus parochialibus dictæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ sanctorum Petri, et Dalmatii, et ab illius parochi cura, et subjectione auctoritate apostolica tenore præsentium totaliter eximimus, et liberamus, ac curam animarum tum infirmorum, tum ejusdem hospitalis ministrorum, et inservientium sacerdoti pro tempore existenti in dicti hospitalis rectorem ab eadem confraternitate deputatum, et ab ordinario approbatum committimus, et demandamus, eumque in ipsorum parochum, et animarum suarum rectorem constituimus, illique in iis, quæ ad administrationem sanctissimæ Eucharistiæ etiam pro viatico, ac extremæ unctionis sacramentorum prædictorum, servatis tamen sacris ritibus, et cæremoniis a rituali Romano præscriptis,

aliisque omnibus, quæ ad animarum curam spectant, penitus, et omnino eas subiicimus, ita ut cura personarum sic exemptarum, ad rectorem hujusmodi privative quoad dictum parochum tam super administratione omnium sacramentorum, quam jure sepeliendi in ecclesia dicti hospitalis, ut præfertur, construenda, et ædificanda, absque ulla quartæ, vel aliorum jurium parochialium, etiamsi in alia ecclesia sepultura electa fuerit, præstatione, seu solutione spectet, et pertineat, ac spectare, et pertinere debeat; ac in ecclesia prædicta sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, ac sacrum infirmorum oleum servare libere, ac licite possit, et valeat concedimus, et impertimur.

Prohibitio ne parochus in hospitalis administratione sese immiscere præsumat.

§. 3. Quapropter moderno, et pro tempore existenti parocho, seu rectori dictæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ sanctorum Petri, et Dalmatii districtius inhibemus, ne in eorumdem sacramentorum (excepto dumtaxat sacramento matrimonii, quoad ministros et alios inservientes, qui hac tantum ratione parocho, et parœciæ hujusmodi subsint) in dicti hospitalis administratione se ingerere, aut defunctorum sepulturæ, seu exequiis inibi faciendis interesse, ullumve pro funere, aut aliud quodlibet jus, vel emolumentum parochiale petere, et prætendere, ac desuper hospitale, personas rectorum, seu eorum aliquem molestare audeat, seu quovis modo præsumat. Ne porro ob exemptionem hujusmodi eidem parocho aliquod inferatur damnum volumus, ac edicimus, ut a dicta confraternitate annua pensio eidem parocho ab ordinario juxta quantitatem emolumentorum, quæ annuatim a dicto hospitale, ejusque ministris, et inservientibus percipere consueverat, taxanda omnino solvatur. Volumus præterea, ut si ab aliis extraneis ejusdem confraternitatis ecclesiastica sepultura eligatur, constitutiones synodales circa ea omnino serventur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod parochus dictæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ, seu alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis, seu alias speciali, et individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes literæ emanarint adductæ, specificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta hujusmodi semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter, et inconcusse observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et in conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non collegiatæ, et parochialis ecclesiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eidem parochiali, et collegiatæ ecclesiæ, dictoque illius rectori, seu parocho, aliisque quibusvis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præ-

missorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

---

Dat. die 17. decembris 1787 anno XIII.

## DCLXXX.

Erectio archiepiscopalis sedis Camerinensis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quemadmodum apostolica Romana Sedes, in ecclesiæ universalis regimine, nil habuit antiquius, quam ecclesiasticæ hierarchiæ decori, et ornamento prospicere, quod ut facilius assequeretur, eorum, qui in partem apostolicæ sollicitudinis vocati sunt, sedes ad varios per orbem catholicum gradus sustollere consuevit; ita et Nos ad supremam pontificiam dignitatem, divina bonitate, evecti, aliquam ex iis sedibus, cujus præclara, quæ extant monumenta, atque immortalia in Ecclesiam universam promerita recensuimus, sublimiori tituli incremento decorare, et peculiaria illi insignia elargiri in Domino arbitramur.

Laudes civitatis Camerinensis.

§. 2. Camerinensis quidem, Umbriæ inter, Picenique confinia sita antiquissima civitas, non modo ob agrorum fæcunditatem, rerumque omnium copiam, ac oppidorum illi adjacentium frequentiam, sed etiam ob inclytam suorum gloriam civium, quos omni virtutum genere præstantes singulis ætatibus edidit, celeberrima semper habita fuit.

Viri sanctitate præstantes, qui in ea vixerunt memorantur.

§. 3. Verum illius gloria quammaxime adaucta est ex eo, quod ab anno salutis CCXLVIII. ad eam per sanctum Porphirium evangelii luce delata, subinde Leontius primus episcopus in crudelissima Decii imperatoris persecutione, qua durante, sanctus Venantius adhuc adolescens subiit martyrium; Christifideles confirmavit, et cives, qui ethnicæ superstitionis erroribus tenebantur, ad christianam religionem perduxit, multisque in illius ecclesiæ regimine, laboribus, et ærumnis usque ad extremum vitæ spiritum perlatis, postremo in Domino quievit.

Episcopi qui illius gubernio præpositi fuerunt, quos inter Clemens papa decimus recensetur.

§. 4. Ab eo tempore constituta in ea civitate episcopalis sedes jugiter viguit, apostolicæ Sedi immediate subjecta, quam sacri præsules, cum generis nobilitate, tum doctrina, et morum eximia probitate præstantes integre, sancteque non solum administrarunt, sed etiam mirum in modum illustrarunt. Illorum vero sex inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales cooptati fuere. Ac præcipue ecclesia illa felicis recordationis Clementem papam decimum prædecessorem Nostrum, ante sui ad supremi pontificatus assumptionem, in episcopum habuisse omni ævo gloriari debet.

Ampla ejus dioecesis declaratur.

§. 5. Adeo tamen Camerinensis episcopi diœcesis longe, lateque diffusa erat, ac tot civitates, et oppida complectebatur, ut ex ea Tolentini, sancti Severini, et Mathilicæ, ac Fabriani episcopatus, variis inde temporibus, apostolica authoritate instituti fuerint. Verum, præter præmissas separationes, ea, quæ Camerinensi episcopo adhuc regenda superest diœcesis, ampla satis, et celebribus oppidis, terris, pagisque, ac locis est referta.

Præstantia ecclesiæ cathedralis, et cleri ornamentum laudibus extollitur.

§. 6. Huic autem civitatis splendori, et pervetustæ sedis episcopalis dignitati accedit etiam, ad divini cultus decorem magis magisque augendum, cathedralis ecclesia eleganter illa quidem, et magnifice extructa, quæ in honorem beatæ Mariæ virginis Deo dicata plurium beatorum cælitum servat reliquias, præsertim vero corpora sanctorum Ansovini episcopi, et Victorini eremitæ. In ea duæ dignitates, ac octodecim canonici rocchetto, et oblongis cappis, magnis nuncupatis, ex similis recordationis Urbani VIII. prædecessoris pariter Nostri privilegio utentes, sacra

persolvunt. Nec ad cleri ornamentum desunt presbyteri, et clerici doctrinæ etiam laude, et morum integritate præstantes: ii plerumque ex episcopali seminario prodeunt, ubi dum ad omnes bonas artes, et scientias, ac pietatem, ecclesiasticamque disciplinam informantur, ut eos decet, qui in sortem Domini vocati sunt; ecclesiæ pariter deserviunt, ac solemnibus in functionibus cum splendidiori divino cultu, populique admiratione, et spirituali solatio sedulam operam navant.

Peculiaris collegiata in honorem s. Venantii memoratur.

§. 7. In ipsa præterea civitate insignis extat collegiata ecclesia, ubi corpus sancti Venantii martyris asservatum pie colitur, variisque apostolicis, ut accepimus, privilegiis locupletata.

Erectionis tenor, et privilegiorum communicatio.

§. 8. Quare tot tantisque titulis, ac prærogativis cumulatam ecclesiam, cujus regimini venerabilis frater Noster Aloisius Amici pari prudentia, et zelo jamdiu laudabiliter præest: inspectis etiam præcipuis illius meritis, cum dignam esse animo reputaverimus, ut tandem ad archiepiscopalis gradum, et honorem eveheremus: cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, in consistorio Nostro secreto hodie habito, de hac re verba fecimus, auditoque ab ipsis unanimi eorum consilio, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ecclesiam Camerinensem, ad laudem, et gloriam omnipotentis Dei, et beatissimæ virginis Mariæ, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, nec non fidei catholicæ exaltationem, totiusque militantis ecclesiæ decus, in ecclesiam archiepiscopalem tantum, et Sedem illam usquemodo episcopalem, in archiepiscopalem præsulis archiepiscopi sedem, pro uno archiepiscopo, qui pallii, et crucis usum aliorum more archiepiscoporum habeat, cum aliis privilegiis, honoribus, et prærogativis similibus archiepiscopis debitis, et concessis, quibus pro tempore existens illius ecclesiæ archiepiscopus uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possit, et valeat, ac etiam debeat, apostolica Nostra authoritate, ipsarum tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus, ac nomine, titulo, et honore archiepiscopali decoramus. Nec non dictum Aloisium usquemodo episcopum, et pro tempore existentem ecclesiæ Camerinensis præsulem in archiepiscopum declaramus; ita quod dictus Aloisius, absque alia de ejus ecclesiæ Camerinensis de novo facienda provisione, et præfectione in archiepiscopum Camerinensem præfectum esse intelligatur. Præterea eidem Aloisio archiepiscopo, ejusque successoribus, ut ipse, et illorum singuli omnia, et singula quæcumque, quæ ad similes archiepiscopos in eorum civitatibus, et diœcesibus, et ad archiepiscopale munus de jure, vel consuetudine, aut alias quoquomodo spectare, et pertinere solent, et debent gerere, facere, exercereque libere, et licite possit, ac possint; plenam, et omnimodam authoritatem, earumdem tenore præsentium, concedimus, et indulgemus.

Præsentes literæ eximuntur a quavis revisione, sub lato quovis remedio juris.

§. 9. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod causæ, propter quas hæc omnia gesta fuere, examinatæ, verificatæ, et approbatæ, et quicumque in eis interesse habentes ad id vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, sive alias ex quibuscumque causis juridicis, et legitimis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium etiam aperitionis oris, impetrari posse; nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, seu Romanos pontifices successores Nostros sub quibusvis verborum expressionibus, et formis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore faciendis comprehendi, sed tamquam pro divini cultus, et ecclesiastici ordinis decore, et augmento concessas semper ab illis excipi, suosque plenarios, et integros effectus sortiri debere; sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et vicelegatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non quorumcumque Ro-

manorum pontificum prædecessorum Nostrorum super authoritate, et usu pallii editis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ejusdemque ecclesiæ Camerinensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eidem ecclesiæ Camerinensi, illiusque præsulibus, nec non dilectis filiis illius ecclesiæ capitulo, et canonicis, aliisque personis etiam speciali mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis, etiam motu pari, et consistorialiter, aut alias, quomodolibet etiam pluries concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, præsentibus inserti forent, pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse motu pari derogamus contrariis quibuscumque.

Declaratio specians.

§. 11. Per præsentes autem non intendimus juribus dictæ collegiatæ ecclesiæ sancti Venantii in aliquo, prout de jure, præjudicium inferre.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Volumus præterea quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, caracthere notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ erectionis, institutionis, decorationis, declarationis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, sextodecimo kal. januarii, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

*Boll. Rom. Tom. VIII.*

## DCLXXXI.

Dat. die 18. decembris 1787 anno XIII.

Licentia administratoribus, cæterisque inservientibus hospitalis loci sancti Idelphunsi nullius diœcesis, provinciæ Toletanæ perpetuo vescendi carnibus temporibus prohibitis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Pia loca quæcumque, præsertim vero illa, in quibus cum spiritus profectu misericordiæ opera, ægris nempe solamen præstando, exercentur, Nos decet apostolicæ providentiæ favoribus prosequi, atque ad ea libenter intendere, per quæ locorum eorumdem prospero, ac felici incremento una cum ministrorum, eisque quomodolibet inservientium incolumitati consulatur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi Nobis siquidem nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum in xenodochio, seu hospitali sancti Ferdinandi loci sancti Idelphunsi nullius diœcesis provinciæ Toletanæ plures infirmos excipiantur, hinc ut administratorum, ministrorum, aliorumque omnium eidem xenodochio quomodolibet inservientium, sæpe ex lethali halitu infirmorum in adversam valetudinem incidentium incolumitati per Nos provide prospiciatur summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratum Karolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac administratorum, aliorumque inservientium hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati; modernis, et pro tempore existentibus, tam inservientibus, et in dicto hospitali conviventibus, quam aliis ejus ministris, sive ex mercede, sive gratis servitium præstantibus, nec non administratoribus prædictis, eorumque familiis, ut donec, et quousque munera inserviendi, aut ministrandi, vel alias, ut præfertur, obierint, quadra-

gesimalibus, aliisque per annum temporibus, et diebus, quibus carnium, ovorum, et lacticinorum æsus est prohibitus (majori hebdomada tantum excepta) carnibus sine tamen scandalo vesci libere, et licite, et absque ullo conscientiæ scrupulo possint, et valeant, ac quilibet eorum possit, et valeat, licentiam auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, dictique xenodochii, seu hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Reservationes speciales.

§. 5. Cæterum per præsentes non intendimus a lege jejunii inservientes, ministros, aliosque quoscumque prædictos, seu eorum aliquem exemptum, et solutum esse, imo, nulla valetudinis causa intercedente, ad jejunium servandum obstrictos esse declaramus. Volumus præterea, ut moderni cappellani dicti xenodochii, seu hospitalis, qui, ut accepimus, sunt fratres ordinis sancti Francisci, cæterique pro tempore existentes, qui ex voto ad ciborum quadragesimalium æsum in certis anni diebus obstringuntur, votum hujusmodi non obstante hoc indulto omnino servari teneantur per præsentes quippe hisce desuper nullo modo eos dispensatos esse dici, aut censeri posse decernimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava decembris millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimotertio.

## DCLXXXII.

Dat. die 19. januarii 1788 anno XIII.

**Confirmantur exemptiones a gabellis, et quæcumque alia privilegia latifundio Mesulæ, ac vallibus Volani bonis præposituræ Pomposianæ, cæterisque nuper a camera emptis alias competentia, illaque jurisdictioni thesaurarii generalis subjiciuntur.**

### Pius pp. VI.

### Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Consueverunt Romani pontifices patrimonium apostolicæ Sedis sibi concreditum sedulo custodire, atque opportune prospicere, ne ulli in damnum illius, ac contra fisci, et cameræ apostolicæ jura invehantur abusus, et si qui invecti forte fuerint, tollantur. Præter permulta, quæ pontificium ærarium habet in civitate, et provincia Nostra Ferrariæ, de quibus Ferrarienses cives investire consuevit, alia etiam insignis valoris bona possidet pretio recenter comparata, quæ suo nomine, suoque commodo retinet, atque administrat.

Narrat quomodo coemptum fuerit prædium, et quibus privilegiis donatum.

§. 2. Et quidem non multis ab hinc annis, dum Nos in minoribus constituti munere thesaurarii generalis fungeremur, grandi pecunia emit amplum latifundium nuncupatum la Sammartina, quod olim allodiale erat ducum Estensium, quodque positum est prope alteram ex portis civitatis Ferrariæ. Ut vero integra manerent cuncta privilegia, immunitates, et exemptiones, quibus antea idem latifundium fruebatur, et quæ eidem, postquam evaserat cameræ apostolicæ proprium, potiori jure competebant, Nos ipsi ad summum apostolatum, divina disponente providentia, subinde evecti, dum per Nostras literas in forma Brevis die xv. novembris MDCCLXXVII., signatas quamplura statuimus, meliorem jurium fisci, et cameræ in provincia Nostra Ferrariensi administrationem respicientia, illud quoque sancivimus, quod in omnibus causis civilibus, criminalibus, et mixtis ad memoratum latifundium la Sammartina quomodolibet pertinentibus, tam activis, quam passivis affictuariorum, sociorum, comparticipum, ministrorum, colonorum, livellariorum, artificum, et aliarum omnium personarum eidem latifundio inservientium judex primæ instantiæ privative, quoad omnes, esset commissarius No-

stræ cameræ residens in civitate Ferrariæ cum facultate eas reassumendi a quocumque judice, e tribunali, itemque œconomicam exerceret privativam jurisdictionem super eodem latifundio, ac super rebus, et personis illius; judex vero secundæ instantiæ esset thesaurarius pro tempore generalis Cameræ Apostolicæ.

Referuntur dubietates subortæ super applicatione concessorum privilegiorum.

§. 3. Et quoniam dubitatum postea fuit, num in omnibus indistincte causis criminalibus personarum prædicto latifundio addictarum, ac in iis quoque, quæ pœnis contra reos gravioribus expediendæ erant jus reddere deberet solus commissarius Ferrariæ residens, Nos intentionem Nostram declarantes, mandavimus, eas tantum criminales causas a commissario ipso judicandas esse, quarum titulus pœnam corporis afflictivam non importaret; has vero cognoscendas esse a thesaurario generali, qui suam habet congregationem criminalem in urbe, proindeque in causis istis criminalibus pœnam afflictivam corporis præseferentibus commissarium Ferrariæ non sententiam dicere, sed compilare dumtaxat debere processum ab eo subinde ad eumdem thesaurarium generalem transmittendum, quemadmodum in sua de mandato Nostro ad commissarium data epistola diei xxxi. januarii MDCCLXXXIV. explicavit dilectus filius Noster Guillelmus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Pallotta, qui eo tempore pro thesaurarii munus gerebat. Scimus autem ex his, quæ tam quoad memoratum latifundium, quam quoad cætera jura cameralia in prædicto Nostro Brevi disposuimus, optimum in ea provincia invectum fuisse cameralis administrationis ordinem, omnemque sine ullo publicæ quietis detrimento, sublatam inter cameræ, ac legationis ministros, jurisdictionis quæstionem, sicuti lapsi inde temporis ad hanc diem perpetua tranquillitas confirmavit.

Refertur alia emptio facta ab imperatore Romanorum latifundii Mesulæ cum suis adnexis juribus.

§. 4. Cum itaque nuper Nos prægrandi pretio scutorum nongentorum millium pro Nostra Camera Apostolica, Nostroque pontificio ærario emerimus ab Augusto imperatore filio Nostro dilectissimo Josepho Secundo amplissimum latifundium Mesulæ, ac valles Volani, et quæ in eis sunt, omnia item, quæ ipse habeat jura super bonis Pomposianis, palatium Ferrariæ positum, aliaque per multa, quæ olim Estenses duces, mox vero idem imperator privato jure allodii in Nostra civitate, et provincia Ferrariæ possidebat, et quæ late descripta sunt in publico emptionis, et venditionis instrumento, quod stipulatum fuit Mediolani die prima decembris anni MDCCLXXXV. rogitu Karoli de Nigris notarii Mediolanensis, quodque subinde fuit tum a Nobis, cum a prælaudato imperatore Josepho Secundo ratificatum, consonum rationi Nobis visum est, ut quomodo ad conservanda jura, et privilegia cameralis latifundii la Sammartina peculiares Nostras literas in forma Brevis superius memoratas signavimus, eodem literas similes signaremus ad ea decernenda, quæ pro juribus, et privilegiis Mesulæ, vallium Volani, aliorumque bonorum nuper pro Nostra Camera Apostolica emptorum pariter conservandis perpetuo observanda erunt.

Tenor concessionis exemptionum pro bonis, et emptoribus fructuum ab illis colligendorum.

§. 5. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine volumus, atque mandamus, ut prædicta bona omnia, illorumque fructus, itemque eorumdem bonorum, et fructuum emptores, nec non livellarii, coloni, affictuarii, ministri, cæterique eisdem bonis inservientes omnimoda fruantur exemptione ab omnibus, et singulis datiis, et gabellis, terraticis, taxis, aliisque oneribus quocumque nomine nuncupatis realibus, personalibus, et mixtis, tam cameralibus, quam communitativis, sive jam impositis, sive in futurum quocumque titulo, ac auctoritate imponendis eo penitus modo, et non alias, quo hujusmodi exemptione, immunitate, ac privilegiis, juxta etiam concordiam Faentinam inter Petrum cardinalem Aldobrandinum nomine sanctæ Sedis, et ducem Cæsarem d'Este initam die xii januarii MDXCVIII. et a prædecessore Nostro Clemente VIII. solemniter ratificatam, supradicta bona, fructus, ac memoratæ personæ gaudebant, dum allodiali jure bona ipsa erant, tum apud serenissimam familiam d' Este, tum penes Augustum imperatorem Josephum Secundum, quarum quidem immunitatum, exemptionum, et privilegiorum nolumus ullam censeri factam ex memorato emptionis contractu, aut mutationem, aut imminutionem.

Concessio privativæ jurisdictionis cameralis.

§. 6. Præterea bona ipsa, omnesque superius enunciatas personas ab omni alia eximentes jurisdictione subiicimus privativæ jurisdictioni Cameræ Apostolicæ, illiusque pro tempore thesaurarii generalis, ac respective commissarii No-

stræ cameræ in civitate Ferrariensi residentis, ita quidem, ut in omnibus causis ad eadem bona quomodolibet pertinentibus, tam activis, quam passivis, atque etiam in illis, in quibus de bonorum, personarumque supradictarum privilegiis, et exemptionibus a datiis, et oneribus superius indicatis agatur, tametsi de ipsamet privilegiorum, ac exemptionis competentia disputari principaliter contingat, sive illæ agi velint actione civili, sive etiam actione criminali contraventionis quorumcumque bannimentorum, judex primæ instantiæ privative quoad omnes, ac etiam quoad cardinalem legatum, et pro legatum Ferrariæ sit, et esse debeat commissarius Nostræ cameræ pro tempore residens in civitate Ferrariæ cum facultate eas reassumendi a quocumque judice, et tribunali; judex autem secundæ instantiæ sit, et esse debeat thesaurarius pro tempore generalis cameræ apostolicæ; quo vero ad causas proprie criminales ob delicta livellariorum, colonorum, affictuariorum, ministrorum, aliorumque omnium cum patentalibus cameræ apostolicæ literis tenutæ Mesulæ, vallibus Volani, bonis præpositurae Pomposianæ, cæteris nuper a camera, ut supra acquisitis inservientium, illorum cognitio privative in prima instantia pertineat ad eumdem commissarium cameræ residentem Ferrariæ, ubi causæ ipsæ criminales leviores sint, nempe ubi titulus delicti pœnam corporis afflictivam non importet, ac deinde in gradu appellationis spectet ad thesaurarium generalem: si vero causæ sint graviores, et titulo delicti pœna afflictiva corporis sit adscripta, cognitio illarum etiam in prima instantia privative competat thesaurario generali, qui eas non aliter expedire debebit, quam cum sua congregatione criminali, quoad etiam in causis similibus alterius latifundii la Sammartina ab ipso thesaurario generali fieri debere, jam mandavimus, iterumque modo jubemus.

§. 7. Atque in causis hujusmodi commissarius cameræ residens Ferrariæ compilare solummodo debebit, consulto in occurrentibus ipsius compilationis dubietatibus eodem thesaurario generali, processum, illumque postea ad eum transmittere. Licet autem cæteri incolæ, et habitatores Mesulæ, vallium Volani, ac bonorum Pomposianorum, qui Cameræ Apostolicæ, ut supra non inserviunt, neque ab ea dependent, subjecti in omnibus esse debeant jurisdictioni judicum ordinariorum provinciæ Ferrariæ.

§. 8. Volumus tamen, quod ubi contingat, sive in civilibus, sive in criminalibus causis executiones in locis illis committendas esse tam reales, quam personales, non aliter illæ fiant, nisi cum intelligentia, et consensu commissarii Nostræ cameræ residentis Ferrariæ, qui cæteroquin mandati, seu decreti justitiam ad examen revocare non debebit, atque executiones secus factæ sint omnino nullæ: volumusque insuper, quod non obstantibus quibuscumque ordinibus in contrarium fortasse vigentibus, eædem executiones in memoratis locis, seu latifundiis in posterum fiant non medio birruariorum, aliorumque executorum tribunalium provinciæ, et legationis Ferrariensis, sed medio dumtaxat custodum, seu guardianorum cameralium circumdarii Mesulæ, vallium Volani, et bonorum Pomposianorum, prout in altero latifundio camerali la Sammartina huc usque observatum est: et quoniam ea est Nostra voluntas, quod in circumdario illo nunquam admittantur, aut retineantur rei publicorum delictorum pœna corporis afflictiva expiandorum ubicumque illa patrata sint; idcirco tum hodierno Nostræ cameræ commissario residenti in civitate Ferrariæ, tum futuris omnibus commissariis similibus expresse injungimus, ac sub pœna Nostræ, et sanctæ Sedis apostolicæ indignatione præcipimus, ut hanc Nostram voluntatem diligenter observent, et exequantur, atque ab omnibus, qui bonis illis inserviunt observari, et exequi curent; præcipueque a custodibus, et guardianis illius circumdarii, quibus imponent, ut reos hujusmodi de fuga suspectos ex abrupto arrestent, sibique postea denuncient: præterea commissarii ipsi non modo statim, ac fuerint ab aliis tribunalibus, et judicibus requisiti, sed etiam ex officio demandare debebunt capturam a custodibus, ut supra faciendam supradictorum reorum, qui vel in circumdario ipso deliquerint, vel ad aliud unquam accesserint, sive sint livellarii, affictuarii, coloni, ministri, aliique inservientes camerales, sive meri habitatores, incolæ, aliæque personæ extraneæ, nullam habentes a camera apostolica dependentiam, eosdemque reos tradere extra memoratum circumdarium facient birruariis, cum lege eos illico deponendi in publicis carceribus, vel Ferrariæ, vel aliorum locorum pro-

Declarationes speciales.

vinciæ ad dispositionem thesaurarii generalis, si de livellariis, affictuariis, colonis, ministris, aliisque inservientibus cameralibus memoratorum criminum reis agatur, ut respective ad dispositionem tribunalium provinciæ, et legationis Ferrariensis, si res sit de cæteris reis, ut omnes a respective suis judicibus condigna pœna plectentur, secus ipsi Nostræ cameræ commissariis strictam reddituri Nobis, et successoribus Nostris erunt de sua culpa, et obscitantia rationem.

Cavetur ne impunitatis spe fraudetur privativa jurisdictio cameralis.

§. 9. Et ne ullo in loco criminum reis supersit impunitatis spes, cui ex sua exemptione ab ordinaria jurisdictione judicum provinciæ fortasse confiderent, id quoque volumus, et ordinariis ipsius provinciæ judicibus concedimus, ut extra latifundium Mesulæ, valles Volani, ac bona præposituræ Pomposianæ livellarii olim Estenses, et imperiales, nunc vero camerales, itemque affictuarii, coloni, ministri, omnesque alii inservientes bonis nuper a camera emptis arrestari pro quibuscumque delictis de eorum mandato, et ab ipsorum executoribus possint, dummodo tamen illico deponantur in carceribus ad dispositionem commissarii cameræ in civitate Ferrariæ residentis, ac respective thesaurarii generalis, alias processus, et quæcumque acta contra ipsos facta irrita omnino sint, et nulla, excepta captura, quæ perinde habebitur, ac si facta esset de mandato judicis cameralis. Quo vero spectat ad consules ad victualia sive civitatis, sive provinciæ Ferrariensis eos nihil auctis hebere volumus in latifundio Mesulæ, vallibusque Volani, ac bonis Pomposianis, totoque illo circumdario, cum in eo universa omnium etiam proventuum inspectio, et gubernium penes commissarium cameræ, itemque penes thesaurarium generalem residere debeant.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 10. Decernimusque autem præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod interesse habentes, seu habere prætendentes vocati, et auditi non fuerint, de subreptionis, aut obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, seu alio quocumque defectu notari, impugnari, et redargui, in controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti, remedium intentari, vel impetrari, nullatenus posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, itemque statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

Dat. die 15. januarii 1788 anno XIII.

## DCLXXXIII.

Confirmatio unionis factæ nonnullorum bonorum spectantium fratribus ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Postquam Deo placuit omnipotenti, qui ex summa misericordia, et bonitate sua vocat ea, quæ non sunt tamquam ea, quæ sunt humilitatem Nostram ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore officii Nostri partes esse plane intelleximus, ut studia, vigiliasque Nostras ad ea quoque, per quæ prospero illorum Christifidelium, qui Deo propius in religione famulari susceperunt, statui consulitur, impenderemus; quamobrem desideriis, quæ ad ordinum, ac congregationum regularium bonum pertinere dignoscuntur, congruum Nos libenter impertimur suffragium.

Expositio precum porrectarum ab abbate generali.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Maria Griffi abbas generalis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanæ, ac abbas monasterii montis Oliveti Nullius diœcesis provinciæ Senensis, quod cum post maturum examen sui definitorii intellexerit utile, quam maxime, ac proficuum futurum fore ordini, et congregationi prædictis, si tum parvum monasterium sancti Michaelis Archangeli de Gaiffa nuncupati diœcesis Urbinatensis cum suis bonis, ac redditibus monasterio sancti Petri civitatis Eugubinæ, cum monasterium sancti Antonii civitatis Perusinæ, cui adnexa est cura animarum, alteri monasterio sanctæ Mariæ de monte Morcino nuncupato ejusdem civitatis Perusinæ, cum suis pariter bonis, et redditibus respective unirentur, ac incorporarentur; quod insuper, posita unione dicti monasterii de Gaiffa alteri monasterio Eugubino, quum nationi Eugubinæ unum dumtaxat remaneret monasterium, illud scilicet sancti Petri civitatis Eugubinæ, et eidem nationi, et monasterii sanctæ Catharinæ Fabrianensis firmitati, cui est satis tenuis census, et observantiæ regulari, quæ prout ex assiduo usu compertum est, magis viget in iis nationibus, quæ variis constant monasteriis, opportune consuleretur, si sub certis modo, et forma dictum monasterium Fabrianense nationi Eugubinæ incorporatur, ut inde ex duobus hisce monasteriis una constituatur natio Eugubina; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 3. Nos igitur pro ea paterna charitate, qua ordinem, et congregationem prædictos jugiter prosequimur, ac memoratum Antonium Mariam abbatem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negociis, et consultationibus præpositorum consilio, prævia tum monasterii sancti Michaelis Archangeli de Gaiffa nuncupati diœcesis Urbinatensis, cum monasterii sancti Antonii civitatis Perusinæ congregationis, ac ordinis prædictorum suppressione, ac extinctione bona mobilia, et immobilia, redditus, proventus, jura, et actiones quascumque, nec non ipsam domum regularem, et ecclesiam primodicti monasterii de Gaiffa alteri monasterio sancti Petri civitatis Eugubinæ, secundo vero dicti monasterii sancti Antonii civitatis Perusinæ monasterio de monte Morcino nuncupato ejusdem civitatis Perusinæ auctoritate apostolica tenore præsentium respective unimus, incorporamus, atque adnectimus, ac perpetuis futuris temporibus respective unita, incorporata, et adnexa esse statuimus, et declaramus, ita tamen ut missarum, aliaque quæcumque onera dictis extinguendis monasteriis incumbentia ad enunciata respective monasteria transferantur, et de hujusmodi translatione in tabella in sacrario retinenda fiat descriptio.

Preceptum de deputando vicario ad nutum amovibili.

§. 4. Ne porro ex extinctione dicti monasterii sancti Antonii civitatis Perusinæ, cura animarum illi adnexa cum animarum Christifidelium detrimento negligatur, harum serie volumus, atque præcipimus, ut imposterum ab abbate pro tempore existenti dicti monasterii de monte Morcino nuncupato vicarius ad nutum amovibilis

ei assignata congrua fructuum portione ex dictis bonis alias ad extinctum monasterium sancti Antonii spectantibus persolvenda juxta Tridentini concilii formam nominetur, qui curam animarum prædictam omni sedulitate, ac diligentia gerat.

Conservatio privilegiorum ad vitam pro abbatibus monasteriorum suppressorum.

§. 5. Præterea, ut abbatum dd. extinguendorum monasteriorum jura sarta, et tecta serventur, atque omnis intercludatur controversiæ occasio, illis non obstantibus suppressionibus hujusmodi, ut omnibus, et singulis juribus, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, et indultis, quibus usque adhuc usi, potiti, et gavisi sunt, vel abbates de gubernio ordinis, et congregationis prædictorum utuntur, fruuntur, et gaudent, vel uti, frui, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si adhuc dictorum monasteriorum gubernium gererent auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur. Volumus tamen ut defuncto quolibet nationum Eugubinæ, vel Perusinæ abbate alter subrogari non possit titulo dictorum monasteriorum de Gaiffa, et sancti Antonii.

Provisio favore monasterii s. Catharinæ Fabriani.

§. 6. Tandem, ut monasterio sanctæ Catharinæ Fabrianensis ad cujus status firmitatem, ut probatur, aliquod subsidium opus est, consulatur, nationi Eugubinæ ordinis, ac congregationis prædictorum auctoritate prædicta incorporamus, et adnectimus, eique in posterum incorporatum, ac adnexum esse, et fore, itaut deinceps ex duobus hisce monasteriis, una dumtaxat constituatur natio Eugubina, cui adscripti censeantur, ac censeri, et haberi debeant omnes, et singuli professi dicti monasterii Fabrianensis decernimus, et mandamus, ea tamen lege, ut monasterio sancti Petri civitatis Eugubinæ onus incumbat solvendi in singulos annos annua scuta centum monetæ Romanæ capsæ publicæ urbis dicti tui ordinis, et congregationis in decessionem de oneribus annualibus dicti monasterii Fabrianensis, quin tamen sors respondens dictis annuis scutis centum usurarum a monasterio Eugubino, sed a monasterio Fabrianensi semper debeatur.

Suppressio monasteriorum s. Michaelis Arcangeli de Gaiffa, et s. Antonii Perusini.

§. 7. Quocirca eidem Antonio Maria abbati per præsentes committimus, et mandamus, ut primum dictum monasterium sancti Michaelis Archangeli de Gaiffa, cum alterum sancti Antonii Perusiæ respective fuisse, esse, et fore extincta auctoritate Nostra apostolica statuat, atque decernat; deinde omnia bona mobilia, atque immobilia, et semoventia, jura, et actiones, nec non domus regulares, et ecclesias ad dicta duo monasteria quomodolibet pertinentia monasteris sancti Petri Eugubini, et sanctæ Mariæ de monte Morcino juxta earumdem præsentium tenorem respective uniat, et applicet, et unita, et applicata esse declaret.

Incorporatio monasterii s. Catharinæ Fabrianensis nationi Eugubinæ.

§. 8. Eidem Antonio abbati insuper injungimus, ut monasterium sanctæ Catharinæ Fabrianensis nationi Eugubinæ incorporet, atque adnectet, atque in futurum incorporatum, et adnexum esse, et fore declaret; cæteraque omnia, quæ ut præmissa ad optatum finem perducantur statuenda, decernenda, et declaranda esse, et fore in Domino salubriter expedire conspexerit, statuat, decernat, atque declaret. Nos enim illi omnem quamcumque necessariam, et opportunam faciendi, gerendi, et exequendi, et exequi mandandi ea omnia, quæ pro rerum circumstantiis constituere in Domino arbitrabitur facultatem auctoritate; et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Tollitur omne juris remedium ne harum literarum executio retardetur.

§. 9. Decernentes has præsentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ propter quas præsentes emanaverint adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentes, consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus con-

cesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque firma, et efficacia existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, et per omnia inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac fel. record. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis, ac ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quantumlibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 11. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo procuratoris generalis ejusdem ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xv januarii MDCCLXXXVIII. pontificatus Nostri anno decimo tertio.

## DCLXXXIV.

Dat. die 25. januarii 1788. anno XIII.

Cessio juris nominandi ad certam parochialem Ferrariensis diœcesis per fratres conventus ordinis Servorum civitatis Foroliviensis archiepiscopo Ferrariensi facta.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exposuit Nobis nuper dilectus filius Alexander Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Matthejus nuncupatus ecclesiæ Ferrariensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsul, quod alias attenta suppressione conventus Consolationis nuncupati fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis civitatis Ferrariensis auctoritate Nostra apostolica facta, dilecti filii prior, et fratres conventus sanctæ Mariæ ejusdem ordinis civitatis Foroliviensis in juribus, et actionibus suppressi conventus hujusmodi, ac propterea in jure nominandi, seu præsentandi personam idoneam ad parochialem ecclesiam sanctæ Blanchæ Ferrariensis, dum ea pro tempore vacaret, successerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prior, et fratres prædicti de consilio dilecti etiam filii moderni prioris generalis prædicti ordinis ad evitandas lites, et controversias, quæ super dicto jure nominandi, et præsentandi inter eos, et archiepiscopalem curiam Ferrariensem oriri poterant, atque ob alias causas eorum animos moventes, die 27. decembris anni mox elapsi capitulariter congregati ad renunciationem, et abdicationem juris hujusmodi sub Nostro, et apostolicæ Sedis beneplacito devenerint, prout requiritur videlicet.

### Al Nome di Dio Amen

Questo dì 27. dicembre mille settecento ottantasette. Forlì.

Tenor abdicationis factæ capitulariter a fratribus ordinis Servorum.

§. 2. Noi sottoscritti vocali del venerabile convento di santa Maria de' Servi di questa città di Forlì qui capitolarmente convocati, e congregati secondo il solito ec. secondando i consigli, e le insinuazioni dateci dal reverendissimo nostro padre generale con sua lettera in data di Roma li 15 del cadente mese diretta a questo padre maestro priore, e per evitare insieme qua-

lunque questione, e controversia, che potesse insorgere tra di noi; come successori ne' diritti del convento della Consolazione già soppresso in Ferrara, e la curia arcivescovile di quella città, e per altri prudenti, e giusti motivi, che hanno mosso, e muovono l'animo nostro spontaneamente, ed in ogni miglior modo ec., salvo però sempre, e riservato, quatenus opus sit, il beneplacito apostolico, e non altrimenti ec. ita ut etc. rinunciamo espressamente, e per sempre al jus, e diritto, che a noi, come successori nelle ragioni del detto convento della Consolazione competeva, e poteva competere di nominare, e presentare il rettore, o sia parroco curato della chiesa di santa Bianca diocesi di Ferrara in qualunque caso di vacanza abdicando noi sin d'adesso qualunque jus, e diritto, che avessimo, o potessimo mai avere ec. nella detta nomina, e presentazione ec. acconsentendo, che l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo pro tempore di detta città di Ferrara, e di lui legittimi successori possa, e possino servatis servandis provedere di rettore, o sia parroco la mentovata chiesa di santa Bianca in qualunque caso ec., e come se noi non avessimo mai avuto, nè avessimo jus, e diritto alcuno; promettendo altresì sotto però sempre la detta riserva del beneplacito apostolico, quando faccia di mestieri, e non altrimenti ec. di avere la presente rinuncia, ed abdicazione sempre mai rata, grata, e ferma, né di mai opporsi, o contradire alla medesima, nè direttamente, nè indirettamente, nè in giudizio, nè fuori ec. sotto qualunque pretesto, titolo, o causa alias etc. et ad damna etc.

E per osservanza maggiore ec. obblighiamo li beni, ed effetti tutti di questo nostro convento di santa Maria de' Servi presenti, e futuri nella forma della reverenda camera apostolica con tutte le solite clausole, e riserve ec. In fede ec.

Fr. Angelus M. Massavotti prior.
Fr. Giannangelo M. Scazza
Fr. Buonag. Tazzi
Fr. Aloisius M. Paselli
Fr. Pietro Ladorini
Tommaso Rosetti fui presente a quanto sopra.
Io Antonio Martinez fui presente.

In Dei nomine Amen.

Anno Domini 1787., die vero vigesima septima mensis decembris.

§. 3. In mei ec. testiumque ec. capitulariter congregati, et de more coadunati supradicti admodum reverendi patres prior, et sacerdotes vocales venerabilis conventus sanctæ Mariæ Servorum hujus civitatis Foroliviensis mihi etc. optime cogniti etc. sponte, ac omni etc., medio eorum juramento tactis pectoribus more etc. ad mei etc. recognoverunt retroscriptum renunciationis documentum fuisse ab eis factum, et propriis respectivis manibus in calce subscriptum, omniaque in eo contenta ec. confirmarunt, et ratificarunt in forma etc. Et ita etc. super quibus etc. omni etc. *Recognitio subscriptionum factarum a vocalibus conventus, qui suffragium in capitulo tulerunt.*

Actum, et recognitum Forolivii in prædicto venerabili conventu sanctæ Mariæ Servorum in mansionibus prædicti patris magistri Scazza posita etc.

Præsentibus ibidem repetitis dominis Thoma Rosetti de Forolivio, et Antonio Martinez de regno Hispaniarum, multis ab hinc annis in hac civitate commorantibus, testibus etc.

Ita est Vincentius Felix Pantoli publicus apostolica auctoritate Foroliviensis notarius rogatus etc. In fidem etc.

Loco ✠ signi.

§. 4. Nobis propterea dictus Alexander cardinalis, et præsul humiliter supplicavit, ut præinsertam juris nominandi, et præsentandi cessionem, et abdicationem confirmare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Alexandrum cardinalem, et præsulem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: præinsertam renuntiationem, et abdicationem juris nominandi, et præsentandi auctoritate apostolica prædicta tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. *Confirmatio apostolicæ peractæ cessionis.*

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictique conventus Foroliviensis, et ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quinta januarii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

# PIUS VI.

## ANNO DECIMO QUARTO

### DCLXXXV.

Dat. die 19. februarii 1788 anno XIV.

Indulgetur presbyteris sæcularibus congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Goanæ in Indiis, ut in posterum loco cantus, quem vocant alla Cappuccina, cantu Gregoriano, uti valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii præpositus, aliique presbyteri sæculares congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Goanæ in Indiis orientalibus, quod per constitutiones suæ congregationis prædictæ ab apostolica Sede approbatas cautum reperitur, ut eadem congregatio in missis, et conventualibus officiis, aliisque ecclesiasticis functionibus cantu, quo fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum utuntur, ipsa pariter utatur.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes probe noscant, cantum hujusmodi ad præsens irreverentiam potius, quam devotionem excitare, ac propterea reliquis illarum partium ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus, qui cantu Gregoriano utuntur, se conformari posse summopere cupiant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, moderno, ac pro tempore existente præposito, aliisque dictæ congregationis presbyteris: ut in posterum, tam in missis, et divinis officiis, quam in aliis ecclesiasticis functionibus persolvendis cantu Gregoriano uti libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona februarii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

Dat. die 29. februarii 1788 anno XIV.

## DCLXXXVI.

Imminutio festorum in civitate, et diœcesi Santanderiensi.

Venerabili fratri
episcopo Santanderiensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Procemium.

§. 1. Cum, sicut, quædam sunt, ut inquit s. Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quo ad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur; aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Ratio concessionis.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Santanderiensi, adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contingit ob excretum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste subsistendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diœcesis Santanderiensis existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, atque sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, et celebritatis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virgini immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earumdem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, et statuas præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam

derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima nona februarii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

Dat. die 7. martii 1788 anno XIV.

## DCLXXXVII.

Bona cujusdam hæreditatis applicantur hospitali, seu brephotrophio Tudertino.

Dilecto filio Nostro Francisco Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Carrara nuncupato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster
Salutem, et apostolicam benedictionem

Derogatio testamentariæ dispositionis a Petro Dominici conditæ, et erogatio hæreditatis favore brephotrophii.

§. 1. Cum Nos alias, ut prospero plurium hospitalium, seu brephotrophiorum, aut caratrophiorum in ditione Nostra existentium, in quibus tum expositos, vulgo projetti, tum pauperes infirmos recipere, alere, educare, ac etiam respective mederi solent, statui consulerimus, te in illorum apostolicum visitatorem, ac commissarium per Nostras in simili forma brevis die x januarii MDCCLXXXVI. expeditas literas deputavimus; hinc cum ad audientiam Nostram nuper pervenerit, alias in civitate Nostra Tudertina supremum clausisse diem bo: mem: Petrum Dominicum quondam Angeli sub cura sancti Nicolai ejusdem civitatis Tudertinæ scriptis prius testamentariis tabulis, in quibus suam universalem hæredem nuncupavit unicam suam filiam Claram, qua defuncta, voluit, ut per tunc nominatos executores testamentarios omnibus divenditis suis bonis, tum mobilibus, tum immobilibus quibuscumque pretium percipiendum in tot sacrificia, seu missas pro animæ suæ, suorumque ascendentium expiatione, et suffragio insumeretur. Nuper vero e vita decesserit dicta Clara hæres instituta, eaque propter jam ab executoribus testamentariis prædictis quoad bona mobilia hæreditaria voluntati memorati testatoris fuerit plenissime paritum, Nos hospitali, seu brephotrophio Tudertino omni ratione subvenire cupientes, ac testamentariam dispositionem prædictam, illiusque tenorem hisce præsentibus pro satis expressa haberi volentes, circumspectioni tuæ, de cujus prudentia, fide, ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, et mandamus, ut prævia derogatione dictæ testamentariæ dispositioni, omnia bona mobilia, si quæ adhuc existant, seu eorum pretium, immobilia, jura, et actiones quascumque ad illam quomodolibet spectantia dicto hospitali, seu brephotrophio Tudertino auctoritate Nostra apostolica unias, incorpores, atque adnectes, eaque unita, incorporata, atque adnexa esse, et fore dicta auctoritate declares.

Suppletur de ecclesiæ thesauro missarum oneribus a testatore præscriptis.

§. 2. Ne vero animæ pii testatoris, suorumque ascendentium congruo suffragio defraudentur, tibi pariter injungimus, ut medietatem redditus ex dictis bonis percipiendi, habita ratione quatuor scutorum in singula centena illorum existimationis juxta consuetam taxam missarum perpetuarum in tot missas, seu suffragia in ecclesia, seu oratorio ejusdem hospitalis, seu brephotrophii celebranda ab illius administratoribus pro tempore existentibus esse, et fore impendendam eadem auctoritate decernas, ac statuas. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, et exequi mandandi pro tua prudentia arbitraberis facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Mandantes propterea dictis executoribus testamentariis, ne sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis dictæ hæreditati se amplius immiscere audeant, teque in nihilo hisce desuper molestari, aut inquietari præsumant.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque ple-

narios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, dicti pii testatoris testamento, dispositione, seu codicillo, ac ultima voluntate, quæ quoad præmissa sufficienter, ac expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima martii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

Dat. die 8. martii 1788 anno XIV.

## DCLXXXVIII.

### Erectio ecclesiæ Labacensis in metropolitanam

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. In universa gregis Dominici cura ab ipso pastore Christo Domino licet immerentes constituti, illud ex debito apostolicæ servitutis animadvertere satagimus, ut ovile quodlibet unicum habeat, suique climatis pastorem, cui nedum fontium, et herbarum ovibus suis aptata qualitas, sed et ferarum lustra innotescant, quique si ovem aliquam longe aberrare contingat, aut lupus insidiator eam voraturus accedat, voce sua, quam usu illa cognoscit facilius reducere, ac valide in ejus ire possit occursum, ac ubi propterea gregis hujusmodi uniformitati variorum usum dignoscitur præesse pastoris Nostri muneris est, ut alter eorum per apostolicæ suppressionis ministerium ab exercitio pastoris ita removeatur, ut universa animarum jurisdictio, et auctoritas in unum tantum pro salubriori earum spirituali gubernio, consolatione, et tranquillitate prout decet, coalescere videatur; eo magis vero convenit, ut Nos aciem considerationis Nostræ ad id intendamus, cum supremorum, et de orthodoxa fide optime meritorum principum pia vota conspiciamus efflagitare.

Expositio precum porrectarum ab imperatore Romanorum pro assequenda nova erectione ecclesiæ Labacensis.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctorum Nerei, et Achillei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Herzan de Harras nuncupatus, carissimi in Christo filii Nostri Josephi Secundi in imperatorem electi, et Romanorum, Bohemiæ, et Hungariæ regis apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentiarius Nobis nuper exposuit, quod ipse Josephus imperator, et rex pro catholici principis debito, sedulo expendens, ut ad divinum suis in ditionibus cultum adaugendum, animarumque simul subditorum suorum salutem impensius promovendam, legum et pastorum uniformitas conferre plurimum soleat; ac proinde suæ considerationis intuitum ad Christifideles omnes in infrascripto ducatu comprehensos extendens, quos eædem ne dum indoles, mores, et consuetudines, sed et ipsius linguæ vernaculæ usus uniunt, atque conjungunt, ut illi quidem sub uno pariter eodemque pabulo, atque pastore instruantur, et gubernentur probe noverit expedire, idque scilicet mediante metropolitanæ ecclesiæ ad præsens pastoris solatio destitutæ opportuna suppressione, et extinctione obtineri posse, ad hoc ut episcopalis ecclesia Labacensis Sedi apostolicæ immediate subjecta in Carniolæ ducatu existens, quæ pariter ad præsens simili pastoris solatio destituta reperitur, relicto, et suppresso quoque in ea cathedralitatis titulo, et ad archiepiscopalis metropolitanæ ecclesiæ honorem illius futurus, et pro tempore existens Labacensis archiepiscopus universas sibi committendas oves tam sub Goritiensi, ut infra supprimenda, et extinguenda quam Labacensi diœcesibus existentes unicus pascendas habeat, propterea que per ipsum Franciscum cardinalem dicti Josephi imperatoris, et regis nomine Nobis fuerit humiliter supplicatum quatenus ipsam Goritiensem ecclesiam, illiusque sedem, et dignitatem, ac mensam archiepiscopales nec non capitulum, illudque componentes dignitates, ac singulos canonicatus, et præbendas, una cum diœcesi etiam Goritiensi; modo tamen et forma infrascriptis perpetuo supprimere,

et exstinguere, illisque sic suppressis, et extinctis eamdem Labacensem ecclesiam prævia pariter in ea cathedralitatis, et capituli cathedralis suppressione, in metropolitanam ecclesiam Labacensem, cui infrascriptæ episcopales ecclesiæ jure metropolitico subsint, ut infra etiam perpetuo erigere, et instituere, ipsumque suum cathedrale capitulum sic supprimendum, una tantum in ea etiam, ut infra erigenda addita dignitate, in capitulum quoque metropolitanum Labacense subrogata, aliaque infrascripta per eumdem Josephum imperatorem, et regem provide excogitata, et disposita ut infra ordinare, et concedere dignaremur.

Processus adhibitus super novæ erectionis utilitate.

§. 3. Nos igitur, quibus de cætero post hujusmodi susceptam dicti Francisci cardinalis instantiam ex processu a Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennæ Austriæ commorante vigore decreti Nostri sub die decima mensis decembris anni Domini proxime præteriti editi super ipsius expetitæ suppressionis, et erectionis præfatarum necessitate, et utilitate confecto, et ad urbem nuperrime transmisso, plane constitit, quod si præmissa per Nos, et dictam Sedem apostolicam fierent plurimis revera incommodis obviaretur, simulque speciali populorum ipsorum in supradicto ducatu existentium utilitati, feliciorique guberoio peropportune consuleretur, atque etiam attendentes quod omnes, et singuli, qui in eisdem præmissis interesse quomodolibet habent per ipsum apostolicum nuncium auditi ad opus tam utile rite perficiendum libenti animo consentientes accesserunt, votis, et petitionibus dicti Josephi imperatoris, et regis hac in parte annuere volentes.

Suppressio ecclesiæ Goritiensis, et capituli illius.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine archiepiscopalem cathedram, dignitatem, mensam, et sedem archiepiscopi Goritiensis nuncupati, nec non metropolitanam ecclesiam Goritiensem, illiusque capitulum, dignitates, ac singulos canonicatus, et præbendas, illarumque, et illorum respective titulos collativos, nomina, denominationes, naturas, et essentias dignitatum, ac canonicatuum, et præbendarum, ita quod illa, et illi, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ, et collativi esse desinant, ac de cætero uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu alias de illis quovis titulo disponi nullatenus umquam possit, et si illas, et illos ullo unquam tempore a quoquam quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes; provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, universamque ecclesiam Goritiensem apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus, ipsamque civitatem Goritiensem civitatis itidem archiepiscopalis honore, titulo, et denominatione dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo destituimus.

Consulitur canonicis, et dignitatibus suppressi capituli Goritiensis.

§. 5. Ac ne dum pro aliorum hujusmodi spirituali bono laborare studemus, aliquis ex dilectis pariter filiis ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Goritiensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, nuper canonicis, seu qui dignitates in ea respective hactenus obtinuerunt, in hujusmodi canonicatuum, et præbendarum, nec non supradictarum dignitatum suppressione, et extinctione per Nos, ut præfertur, factis hujusmodi præjudicium aliquod in temporalibus pati valeat, quinimo in eis de suæ quisque præbendæ, sic ut præfertur suppressæ amissis fructibus, redditibus, ac proventibus integram indemnitatem accipiat. Nos propterea cuilibet ex præfatis dictæ metropolitanæ ecclesiæ Goritiensis, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ nuper canonicis, seu qui dignitates hujusmodi, etiam ut præfertur suppressas, et extinctas in ea hactenus obtinuerunt pensionem annuam ab omnibus, et quibuscumque oneribus prorsus liberam, immunem, exemptam, quæ reddituum cujuslibet per eos respective obtentæ præbendæ valorem annuum æquiparet eis eorum cuilibet quoad usque vixerint, et respective vixerit, vel eorum respective procuratori legitimo per ipsum Josephum imperatorem et regem, cujus expressa ad hoc accedit intentio, ejusque in regno successores in numerata pecunia annuatim respective persolvendam, donec aliunde eisdem dictæ metropolitanæ ecclesiæ, ut præfertur suppressæ, et extinctæ nuper canonicos, seu qui dignitates etiam, ut præfertur, suppressas in ea ut supra obtinuerunt, et eorum cuilibet de aliis beneficiis ecclesiasticis in posterum vacaturis non minoris tamen summæ respective pensionis hujusmodi canonicæ etiam respective provisum fuerit, motu, scientia, et potesta-

tis plenitudine paribus respective reservamus, constituimus, et assignamus.

Tenor erectionis novæ, cum designatione nominis novæ cathedralis ecclesiæ.

§. 6. His vero præmissis episcopalem, et cathedralem ecclesiam Labacensem prædictam sub invocatione sancti Nicolai episcopi, Sedique apostolicæ prædictæ hactenus immediante subjectam existentem, prævia pariter in ea, illiusque capitulo, nec non civitate, et diœcesi tituli, nominis, denominationis, et essentiæ cathedralitatis, ac sedis dignitatis, ac mensæ episcopalium, nec non capituli cathedralis, et civitatis, et diœcesis pariter episcopalis Labacensis perpetua itidem suppressione, et extinctione motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam Labacensem nuncupandam sub eadem sancti Nicolai episcopi præfati invocatione, ut antea, extituram, et in ea sedem, et dignitatem archiepiscopalem pro uno deinceps archiepiscopo Labacensi nuncupando, qui pallii, et crucis usum, aliorumque archiepiscoporum more habeat, cum suis capitulo infrascripto, ac sigillo, arca, mensa archiepiscopali, omnibusque aliis archiepiscopalibus signis, et insigniis, nec non privilegiis, honoribus, et prærogativis archiepiscopis debitis, et concessis, ac juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ, earumque præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, vel privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum. Nec non in præfata ut infra erigenda metropolitana ecclesia Labacensi unam dignitatem per ipsum nuncium apostolicum in infrascriptæ executionis actu suis propriis titulo, denominatione, ac omnibus illi pro tempore incumbentibus, juxta mentem dicti Josephi imperatoris, ac regis declarandam, quæ uni ex canonicatibus, et præbendis infrascripti capituli prout et cæteræ aliæ dignitates etiam infrascriptæ perpetuo adjuncta, et annexa, ac dictæ metropolitanæ ecclesiæ ut infra erigendæ tertia dignitas existat, ad solam laudem, et honorem Omnipotentis Dei, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac ejusdem sancti Nicolai episcopi, nec non fidei catholicæ exaltationem, ac totius militantis ecclesiæ gloriam, apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo erigimus, et instituimus.

Declaratur Labacensis ecclesia archiepiscopalis.

§. 7. Nec non pro tempore existentem ecclesiæ Labacensis prædictæ per Nos ut præfertur erectæ præsulem, ac civitatem ipsam Labacensem in archiepiscopum et metropolitanum, ac respective in civitatem archiepiscopalem Labacensem dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque declaramus, eidemque futuro Labacensi archiepiscopo, ut ipse cætera singula prout metropolitanis in eorum civitatibus, et diœcesibus, et provinciis a jure indultum existit, facere, exercere, administrare et exequi possit eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Eidem archiepiscopali ecclesiæ uniuntur et incorporantur aliæ ecclesiæ dismembratæ a diœcesi Colocensi

§. 8. Præterea eidem metropolitanæ ecclesiæ Labacensi, ut præfertur, erectæ unam Segniensem, et aliam Modrusiensem invicem perpetuo canonice unitas, et metropolitanæ ecclesiæ Colocensi hactenus metropolitico jure subjectas, nec non reliquam Gradiscanam, per Nos quam primum erigendam, episcopales ecclesias (prævia tamen quoad Segniensem, et Modrusiensem ecclesias prædictas illarum a jurisdictione metropolitica Colocensi dismembratione, et sejunctione, de dilectorum etiam filiorum modernorum capituli, et canonicorum dictæ metropolitanæ ecclesiæ Colocensis, illius sede archiepiscopali ad præsens vacante præstito consensu) earumque futuros respective episcopos pro tempore existentes, pro ejusdem futuri archiepiscopi Labacensis pro tempore existentis suffraganeis, qui tamquam membra capiti eidem archiepiscopo Labacensi jure metropolitico subsint, ita quod archiepiscopus Labacensis pro tempore existens prædictus in Segniensi, et Modrusiensi, ac postquam per Nos, ut præfertur erecta fuerit, etiam Gradiscana civitatibus, et diœcesibus jus metropoliticum sibi vindicet, nec non Segniensis, et Modrusiensis, et postquam erecta fuerit, ut præfertur, etiam Gradiscana ecclesiæ prædictæ eidem archiepiscopo, et metropolitano Labacensi ad omnia, et singula teneantur, et obligatæ sint, nec non judicentur secundum canonicas sanctiones apostolica auctoritate prædicta pariter perpetuo concedimus, et assignamus.

Jurisdictionis concessio pro archiepiscopo Labacensi.

§. 9. Ac eidem pro tempore futuro archiepiscopo Labacensi, suos suffraganeos consecrandi, ac provinciales synodos evocandi, et cum eis etiam publica negocia terminandi, et causas quarumcumque appellationum, sive quærelas alias ad eum tamquam metro-

politanum juxta decreta concilii Tridentini, ac alias juxta sacrorum canonum statuta spectantes agnoscendi, omniaque alia, et singola, quæ de jure, vel consuetudine, aut alias quoquomodo ad archiepiscopos, et archiepiscopale munus spectare, et pertinere solent, et debent gerendi, faciendi, et exercendi plenam, liberam, et omnimodam auctoritatem concedimus, et facultatem.

Efformatio novæ dioecesis.

§. 10. Ac insuper ut novi archiepiscopatus Labacensis diœcesis efformari, et constitui possit, prævia itidem omnium, et singulorum decanatuum, ac sub eis respective comprehensarum parœciarum, aliarumque ecclesiarum, beneficiorum, monasteriorum, conventuum, ac utriusque sexus personarum tam laicorum, quam clericorum, et presbyterorum secularium, et regularium, non tamen exemptorum, cujusvis ordinis, status, et conditionis perpetua segregatione, ac disjunctione a diœcesi, ac jurisdictione archiepiscopali ejusdem ecclesiæ Goritiensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ decanatus ipsos, et sub eis, ut præfertur comprehensas parœcias, aliasque ecclesias, monasteria, conventus, et omnes, et singulas personas supradictas eidem ecclesiæ archiepiscopali Labacensi, ut præfertur erectæ, et institutæ, illiusque novæ diœcesi, ut infra constituendæ apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo incorporamus, et adjungimus, ac respective civitatem ipsam Labacensem, ac omnes, et singulos decanatus infrascriptos, et in eis pariter comprehensas infrascriptas parœcias, aliasque ecclesias, inter quos et quas pariter decanatus illi, et parœciæ ad diœcesim Goritiensem, ut præfertur suppressam antea spectantes, ac etiam, ut præfertur sejuncti, et incorporati, ac sejunctæ, et incorporatæ reperiuntur videlicet, unam s. Nicolai episcopi in civitate Labaci, et alteram parœciam s. Jacobi apostoli in dicta civitate, ac decanatum ad s. Petrum extra muros, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Petri in suburbio extra muros, ac aliam b. Mariæ Virginis Annuntiatæ in suburbio, ac aliam s. Joannis Baptistæ Tyrnavia, ac aliam Assumptionis b. Mariæ Virginis in Campo, ac aliam b. Mariæ Virginis Dobrova, ac aliam s. Nicolai episcopi Lippoglau, ac aliam s. Annæ Tavor, ac aliam s. Uldarici episcopi Dabruim, ac aliam ss. Simonis, et Judæ apostolorum Rudrig, ac aliam s. Canciani martyris Jezezza, ac aliam s. Antonii abbatis Bresoviz, ac aliam sancti Viti martyris supra Labacum, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Catharinæ Hartembeg respective nuncupatas hujusmodi. Ac decanatum Ayctensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas, videlicet, unam sancti Martini episcopi Aych, ac aliam beatæ Mariæ Virginis Egg, ac aliam s. Magdalenæ Gondelfeld, ac aliam s. Thomæ apostoli Krazen, ac aliam s. Petri apostoli Glogaviez, ac aliam beatæ Mariæ Virginis Ischeschenza, ac aliam s. Osvaldi ad s. Osvaldum, ac aliam s. Martini episcopi sub Kallemberg, ac aliam s. Margarithæ Vodigz, ac aliam s. Uldarici episcopi Hodnig, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias beatæ Mariæ Virginis Terbojæ respective nuncupatas hujusmodi. Ac decanatum Kronaviensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam B. M. Virginis Kronau, ac aliam s. Leonardi Veissenfels, ac aliam s. Spiritus Ratschach, ac aliam s. Michaelis Lonfled, ac aliam s. Leonardi Aspling, ac aliam ss. Albuini, et Ingenuini Karnervellach, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Crucis Planina respective nuncupatas. Ac decanatum Obergoriachensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Georgii martyris Obergoriach, ac aliam s. Martini episcopi Veldescum insula Vert, et aliam s. Jacobi apostoli Geiffen, et aliam s. Margarithæ Wokinervellach, et aliam s. Joannis Baptistæ apostoli, et aliam s. Martini episcopi Voain cum Gotinsche, ac aliam s. Nicolai episcopi Feistriz, et aliam sancti Petri apostoli Raimanotroff, ac aliam sancti Clementis Rodain, ac aliam sancti Uldarici episcopi Vigaune, ac aliam beatæ Mariæ Virginis Lees, ac aliam s. Jacobi apostoli Leschach, ac aliam sanctissimæ Trinitatis Staibibiskel, ac aliam s. Andreæ apostoli Moschnach, ac parœcias seu alias ecclesias s. Crucis Dobrova respective nuncupatas hujusmodi. Ac decanatum Crainburgensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas, videlicet unam ss. Crucis, et Canciani Crainburgum, ac aliam s. Petri Apostoli Hofflein, ac aliam s. Sixti papæ et martyris Prædassl, ac aliam B. M. Virginis Kankex, ac aliam s. Martini episcopi Terstenig, ac aliam s. Crucis penes Hesimarhtt, ac aliam s. Jacobi

apostoli Prinhendorf, ac aliam b. Mariæ Virginis Lauffen, et aliam s. Petri apostoli Kahles et aliam s. Andreæ Gorische, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias sancti Viti martyris Unter, Dupplach respective nuncupatas hujusmodi. Ac decanctum s. Martini extra Crainburg, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Martini episcopi ad s. Martinum penes Crainburg, et aliam s. Pauli apostoli Mintschitsch, et aliam s. Sadoci in Monte, ac aliam s. Nicolai episcopi Onschische, et aliam s. Ægidii abbatis Festnitz, et sancti Stephani protomartyris Zier, et aliam s. Joannis Baptistæ Presha, et aliam s. Nicolai Eberg, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Leonardi respective nuncupatas hujusmodi. Ac decanatum Kyperlabacensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Pauli apostoli Ky per Labacum, et aliam b. Mariæ Virginis Lohitsch, et aliam sancti Joannis Baptistæ Hotederschitz, et aliam s. Urbani papæ Godowitsch, et aliam sancti Michaelis Greith, et aliam s. Brietii episcopi Pællippo, et aliam s. Crucis Venhe, et aliam s. Joannis Baptistæ Freydenthal, ac aliam s. Uldarici episcopi Sapplane, et aliam Nativitatis b. Mariæ virginis Pillichgraiw, et aliam b. Mariæ virginis Assumptæ Horiul prope templum Sconbrun, et aliam s. Jodoci supra Pillicgraz, ac reliquas parœcias, seu ecclesias s. Leonardi Schuarzenberg respective nuncupatas supradictas. Ac decanatum Iggensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas, videlicet, unam s. Martini episcopi Igg, et aliam Nativitatis B. Mariæ Virginis Chomisch, et aliam sanctæ Margarithæ Gollo, et aliam s. Viti martyris Schelimb, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias b. Mariæ Virginis Kuresche respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum sancti Bartholomæi in Campestribus, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam sancti Bartholomæi apostoli in Campestribus, et aliam b. Mariæ virginis Londstrass, et aliam s. Georgii martyris Obernusdorf, et aliam s. Crucis Prassnurussniz, et aliam sanctissimæ Trinitatis Pleteriach, et aliam s. Crucis Scharffenberg, et aliam s. Annæ Dobonz, et aliam s. Georgii martyris ad s. Georgium, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias sancti Bartholomæi apostoli Kosseza respective nuncupatas. Ac decanatum Listopolitanum, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam b. Mariæ Virginis Litopolis, et aliam b. M. Virginis Minhendorf, et aliam sancti Georgii martyris, et aliam s. Martini episcopi Unter Fuschain, et aliam b. M. Virginis Ober Fuchain, ac aliam sancti Antonii abbatis Heythal, et aliam s. Margarithæ Kadomle, ac aliam s. Annæ Goist, et aliam s. Agnetis V. Sello, et aliam sancti Udarici episcopi Kabensperg, et aliam s. Martini episcopi Moraiitsheum Grosdorff, ac aliam sanctissimæ Trinitatis ad sanctissimam Trinitatem, et aliam s. Laurentii martyris Goreina, ac aliam s. Andreæ apostoli Petsch, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Georgii martyris Jacuhien respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Michel Theinitz, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam b. M. Virginis Michestetren, et aliam b. M. Virginis Tirhlach, et aliam s. Uldarici episcopi Ulrichsberg, et aliam s. Mathiæ apostoli Sallach, et aliam s. Georgii martyris ad s. Georgium in Campo; ac aliam s. Michaelis Oshenich, et aliam s. Petri apostoli commendam ordinis Melitensis, et aliam s. Annæ Teyniz, et aliam s. Nicolai episcopi Leppach, et aliam b. M. Virginis Neismarhtl, et aliam sanctæ Catharinæ virginis, et martyris Lom, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Annæ Loibl respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Locopolitanum, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Georgii martyris Altenlah, et aliam s. Jacobi apostoli Locopolio, et aliam b. Mariæ Virginis Erenburgen, et aliam s. Thomæ apostoli Furten, et aliam sancti Leonardi ad s. Leonardum, et aliam s. Clementis Wuhonshitza, et aliam s. Luciæ virginis, et martyris Drashgosch, et aliam s. Nicolai episcopi Fravz, et aliam b. Mariæ Virginis Salliloch cum Als, et aliam s. Aotonii abbatis Eisnen, et aliam s. Martini episcopi Pollandt, et aliam s. Joannis Baptistæ Tractia, et aliam s. Viti martyris Lutschne, et aliam s. Pauli apostoli Altostlitz, et aliam s. Uldarici episcopi Itafelbach, et aliam s. Martini episcopi Seirach, et aliam s. Uldarici episcopi Sauraz, et aliam ss. trium Regum Verch, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Joannis Nepomuceni Hegestlitz respecti-

ve nuncupatas prædictas. Ac decanatum Vallis Jocofe, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam b. Mariæ virginis Tirhniz, et aliam s. Margarithæ virginis, et martyris Alben, et aliam s. Antonii de Padua Haasberg, et aliam s. Martini episcopi Mauniz, et aliam s. Pauli apostoli Scherouniza, et aliam sancti Viti martyris Presser, et aliam b. M. Virginis Travemberb, et aliam s. Margarithæ virginis, et martyris Tranzdorf, ac reliquas parœcias seu alias ecclesias s. Crucis Ka Wtina respective nuncupatas præfatas. Ac decanatum Siticensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Andreæ apostoli Alba, ac aliam sancti Laurentii martyris Urch, ac aliam s. Canciani martyris Gutienwert cum Istrovashiared, ac aliam s. Jacobi apostoli Tentsche, et aliam s. Georgii martyris Dobernig, ac aliam sanctissimæ Trinitatis Unterudoviz, et aliam s. Joannis Baptistæ Sella Subschongerg, et aliam s. Margarithæ virginis, et martyris Lasthal, et aliam s. Helenæ ad s. Helenam, ac aliam s. Margarithæ virginis, et martyris prope Klingenfels, et aliam s. Martini episcopi penes Lithai, et aliam ss. Hermagore et Fortunati martyrum Liberga, et aliam s. Antonii abbatis Stangenwald, et aliam s. Michaelis Monspurg, et aliam b. Mariæ virginis Kinngallenberg seu Homez, et aliam ss. Cosmæ, et Damiani Olbergurk, ac aliam b. Mariæ virginis Hamer Gur, et aliam ss. Petri et Pauli apostolorum Sagor, et aliam b. M. virginis Haarlan vel Samariæ, et aliam s. Georgii martyris ad s. Georgium, et aliam B. M. virginis Koppain, et aliam s. Jacobi apostoli Pollitz, et aliam b. M. virginis Cressen, et aliam ss. Hermagore, et Fortunati martyrum Seissenberg, et aliam s. Michaelis penes Seissenberg, et aliam b. Mariæ virginis Tschemschenig, et aliam sancti Viti martyris ad s. Vitum penes Sitich cum Oscredeg, et aliam b. Mariæ virginis Sitticium, et aliam s. Andreæ apostoli Watisch, et aliam b. Mariæ virginis in Monte, et aliam s. Nicolai episcopi Sava, et aliam s. Helenæ Hottisch, et aliam s. Bartholomæi apostoli Ambruss, et aliam s. Crucis penes Thum, et aliam sancti Michaelis Ischatesch, et aliam sancti Gotlardi Trojana, et aliam s. Nicolai episcopi Hinach, et aliam s. Laurentii martyris Collobrah, et aliam sancti Benedicti Krosniz, et aliam s. Laurentii martyris Temeniz, et aliam s. Petri apostoli penes Vemhof, et aliam s. Joannis Baptistæ Heycleh, et aliam s. Margarithæ virginis, et martyris Preschgain, et aliam sancti Nicolai episcopi Tantschberg, et aliam b. M. Virginis Primshan, et aliam b. Mariæ virginis Prindl, et aliam ss. Simonis et Judæ apostolorum Ischernutrch, et aliam b. Mariæ virginis in Alpibus, et alia s. Leonardi Sostran, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Lamberti ad s. Lambertum respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Tudolphswertensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam sancti Nicolai episcopi Neostadium, ac alia sancti Ruperti ad s. Rupertum, ac aliam s. Crucis et sancti Leonardi Grossirnig vel Gabriele, ac aliam sancti Canciani martyris Honigstein, ac aliam s. Ursulæ Taubenberg, ac aliam s. Michaelis penes Rudolphsvert, ac aliam s. Josephi Pollandt, ac aliam b. M. Virginis Unterbuytschau, ac aliam s. Petri apostoli Unterlaah, ac aliam s. Ægidii abbatis Unternasonfur, ac aliam s. Crucis Savenstain, ac aliam b. M. Virginis Gillichberg, ac aliam b. Mariæ Virginis Maichau, et aliam sanctorum Cosmæ et Damiani Dousch, et aliam s. Erasmi martyris Einhod, et aliam b. Mariæ virginis in Termis, et aliam s. Jacobi apostoli Waltendorf, et aliam s. Eliæ prophetæ Prestchua, et aliam b. Mariæ virginis in Thal, et aliam s. Joannis Baptistæ in Valle, et aliam sanctissimæ Trinitatis ad sanctissimam Trinitatem, et aliam s. Joannis Baptistæ Scheveinberg, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Viti martyris, et aliam b. Mariæ virginis Stoppitrch, alias ecclesias s. Petri apostoli Ratschach respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Reiffnicensem, et sub eo comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas, videlicet, unam sancti Stephani prothomartyris Reiffniz, et aliam sanctæ Margarithæ virginis, et martyris de Kirler, et aliam s. Thomæ apostoli Polland, et aliam ss. Primi, et Feliciani Myssem, et aliam s. Magdalenæ Soderschiz, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Marci evangelistæ Soppotah respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Gutenfeldensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas, videlicet, unam sanctæ Crucis Guttenfeld, et aliam s. Georgii ad s. Georgium, ac aliam sancti Augustini epi-

scopi Struh, ac aliam b. M. Virginis Catschitsch, et aliam sancti Canciani martyris penes Castrum Aversperg, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias b. Mariæ virginis Roob respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Gurhfeldensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam b. M. virginis Haselbach, et aliam ss. Primi, et Feliciani martyris Scondorf, ac aliam sancti Viti martyris Hanne, et aliam s. Pauli apostoli Goritza, ac aliam s. Joannis Baptistæ Gurhfeld, ac reliquam parœcias, seu alias ecclesias s. Marci evangelistæ Tirhle respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Gotischeviensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam sancti Floriani martyris Gottsch, et aliam b. Mariæ virginis Mittendorf, et aliam s. Leonardi Mossel, et aliam s. Crucis Unterhul, et aliam sancti Joannis Baptistæ Ricg, et aliam b. Mariæ virginis Obergrass, et aliam sancti Jacobi apostoli Hessental, et aliam beatæ Mariæ virginis Ischermoschniz, ac aliam s. Andreæ et b. Mariæ virginis Pollandt, et aliam s. Antonii Klotsch, et aliam s Margarithæ virginis, et martyris Altlah, et aliam ss. Petri et Pauli Ossinniz, et aliam b. Mariæ virginis Hostel, ac reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Jacobi apostoli Lania Loha respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Laosfrensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Georgii martyris Altenmahii Laass, et aliam s. Petri apostoli Laass, et aliam sancti Antonii Batna Poliza, et aliam sancti Michaelis Oblah, et aliam sanctissimæ Trinitatis Schinze, et aliam sancti Viti martyris Schiltsche, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias s. Leonardi Laserbach respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Londstraffensem et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam s. Jacobi apostoli Landestras, et aliam s. Crucis ad s. Crucem, et aliam b. Mariæ virginis Guschendorf, et aliam sanctæ Catharinæ virginis, et martyris Verluga, et aliam s. Petri apostoli Obernassenfurs, et aliam sancti Antonii Tescheuza, et aliam s. Georgii martyris Ischatesch, et aliam b. M. Virginis Grosdolina, et reliquas parœcias seu alias ecclesias sancti Joannis Baptistæ Kayer respective nuncupatas prædictas. Ac decanatum Mottingensem, et sub eo respective comprehensas parœcias, seu alias ecclesias infrascriptas videlicet, unam sancti Nicolai episcopi Mottling, et aliam sancti Marci evangelistæ Puschinsdorff, et aliam sancti Stephani prothomartyris Semiz, et aliam sancti Nicolai episcopi Grandnig, et aliam sancti Petri apostoli Ischernembl, et aliam sancti Joannis evangelistæ Doblitsch, et aliam sancti Bartholomæi apostoli Ottavez, et aliam s. Crucis Veiniz, et aliam sanctissimæ Trinitatis Preloha, et aliam sanctæ Annæ Navaiz, et aliam sancti Martini episcopi Podsemel, et aliam s. Joannis Baptistæ Tributsche, et reliquas parœcias, seu alias ecclesias sancti Nicolai episcopi Adleschitz respective nuncupatas hujusmodi. Ac sub eisdem superius expressis decanatibus, ac parœciis consistentes, et incolas tam laicos quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque non tamen exemptos eidem metropolitanæ ecclesiæ Labacensi, ut præfertur erectæ, illiusque futuro præsuli pro suis civitate, territorio, diœcesi, ac clero, et populo Stagadd, licet personæ eidem metropolitanæ ecclesiæ Labacensi tam nunc a primæva illius erectione, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in archiepiscopum præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta civitate Labacensi, ac præfatis omnibus decanatibus, et parœciis superius expressis propria auctoritate apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere cujusvis licentia desuper minime requisita pari apostolica auctoritate similiter perpetuo constituimus, et assignamus; illiusque ordinariæ, et metropolitanæ jurisdictioni, superioritati, et auctoritati respective supponimus atque subjicimus.

Assignatio mensæ.

§. 11. Ut autem idem futurus archiepiscopus Labacensis pro tempore existens præsulis dignitatem decentius tenere valeat novæ mensæ archiepiscopali Labacensi, ut præfertur, erectæ, eosdem redditus, quibus ipsa episcopalis mensa Labacensis, sic suppressa, dotata reperiebatur, et episcopi Labacenses ante hac percipiebant pro illius dotatione apostolica auctoritate præfata, similiter perpetuo attribuimus, applicamus, et appropriamus. Itemque palatium prope cathedralem ecclesiam Labacensem, ut præfertur erectam existens, quod pro episcoporum habitatione

Labacensium hactenus inservit. eidem futuro archiepiscopo Labacensi pro tempore existenti pro simili sui decenti habitatione, dicta apostolica auctoritate perpetuo adscribimus, et concedimus.

Erectio capituli novæ cathedralis ecclesiæ.

§. 12. Ulterius quoque ipsius cathedralis ecclesiæ Labacensis, sic ut præfertur, suppressæ capitulum in capitulum metropolitanum novæ archiepiscopalis ecclesiæ Labacensis etiam, ut præfertur, erectæ, illudque respective componentes, præposituram videlicet cum uno, et una in majorem post pontificalem, ac decanatum cum alio, et alia in secundam, ac aliam per præsentes erectam, et per eumdem nuncium apostolicum, ut supra declarandam cum alio, et aliis canonicatibus, et præbendis infrascriptis dignitatibus respective adnexis in tertiam respective dignitates, ac cæteros novem canonicatus, et præbendas, earumque, et eorum respective possessores nunc, et pro tempore existentes, nec non quatuor beneficiatos, et quatuor itidem clericos, nec non sacristam, et cathechetam, qui omnes eidem suppressæ cathedrali ecclesiæ Labacensi inservierunt, et de cætero inservire debebunt in totidem dignitarios, et canonicos, nec non cooperatores, levitas, cappellanos, beneficiatos, clericos, sacristam, et cathechetam dictæ metropolitanæ ecclesiæ Labacensis per Nos, ut præfertur erectæ eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque subrogamus. Ita tamen, ut dilectus etiam filius modernus, et pro tempore existens præpositus ejusdem metropolitanæ ecclesiæ, per Nos, ut præfertur erectæ, sic subrogatus iis omnibus præeminentiis, quæ sibi de jure debentur deinceps perpetuo frui debeat, et tam ipsi quam cæteræ aliæ dignitates, ac canonicatus, et præbendæ nunc, et pro tempore existentes hujusmodi metropolitanæ ecclesiæ Labacensi, ut præfertur erectæ inservientes prædicti pro suis respective præbenda, redditibus, et stipendiis eosdem fructus, seu proventus, quos quilibet eorum videlicet hæc usque percepit, etiam in posterum perpetuis futuris temporibus, ut antea respective percipere valeant.

Canonicis, et dignitatibus privilegia conceduntur, et jus condendi statuta.

§. 13. Ac præterea eisdem futuris capitulo, et canonicis ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Labacensis, ut præfertur erectæ, ut ipsi quoties id expediens eis videbitur capitulariter congregati pro dictæ metropolitanæ ecclesiæ Labacensis, sic erectæ, illiusque mensæ capitularis, sacristiæ, fabricæ, earumque rerum, et bonorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique novo regimine, gubernio, et directione, ac onerum eis respective pro tempore de novo incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, ac dignitatibus, canonicatibus, et præbendis sic subrogatis præfatis, aliisque ministeriis ecclesiasticis inibi pro tempore providendorum receptione, et admissione, personali residentia distributionum quotidianarum, et emolumentorum quorumcumque repartitione, et administratione, ac pœnarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus præfatis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis respective incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione, atque incursu, ac singulorum præsentiis, et absentiis notandis a cæremoniis, et ritibus in præfata metropolitana ecclesia Labacensi, ut præfertur erecta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non illius ministris, et inservientibus deputandis, et amovendis salariis, et stipendiis eorum cuilibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta ejusdem episcopalis ecclesiæ Labacensis suppressæ hactenus observata reformare, mutare, et corrigere, ac etiam alia de novo licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et præfati concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condere, et edere, conditaque et edita pro tempore, et rerum variatione, et qualitate etiam limitare, declarare, et interpretari, ac in meliorem formam redigere, seu pariter de novo, et ex integro, cum approbatione tamen semper, et consensu dicti futuri pro tempore existentis archiepiscopi Labacensis condere, et per eos ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contrafacientes statuendis observari facere libere, et licite valeant plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem, dicta apostolica auctoritate concedimus, et impartimur.

Præcipitur erectio præbendæ theologalis, et poenitentiariæ.

§. 14. Ac pro eo quod sicut accepimus inter canonicatus, et præbendas supradicti capituli sic subrogati theologalis, et pœnitentiaria præbendæ institutæ minime reperiantur manda-

mus propterea, ut futurus archiepiscopus Labacensis in dicta metropolitana ecclesia, ut præfertur erecta easdem theologalem, et pœnitentiariam præbendas ad præscriptum concilii Tridentini prædicti erigat, et instituat, ejusdem futuri archiepiscopi Labacensis conscientiam desuper onerando.

Jus nominandi archiepiscopum, et capitulares conceditur imperatori, et ejus successoribus.

§. 15. Ac postremo eidem Josepho imperatori, et regi, ejusque successoribus regibus jus nominandi ad dictam metropolitanam ecclesiam Labacensem, ut præfertur erectam hac prima vice a primæva illius erectione præfata pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio destitui contigerit, infra tempus a jure præfixum, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem hujusmodi eidem metropolitanæ ecclesiæ Labacensi, ut præfertur erectæ in archiepiscopum præficiendam pari prorsus modo, quo ad nominationem eandem alias personæ eidem episcopali ecclesiæ Labacensi, ut præfertur suppressæ, et extinctæ in episcopos ab apostolica Sede præfici consueverunt, nec non aliud jus nominandi ad omnes in dicto capitulo, ut præfertur subrogato existentes canonicatus, et præbendas, eisque respective annexas dignitates, et quævis alia beneficia hujusmodi, dum illos, et illas, ac illa ex personis eis, et eas, ac ea nunc, et pro tempore quomodolibet obtinentium vacare contigerit personas eisdem modo, et forma, quibus eidem Josepho imperatori ac regi ad eosdem canonicatus, et præbendas, ac dignitates, et beneficia hujusmodi ante illorum, et illarum respective subrogationem prædictam competebat de simili apostolica auctoritate etiam perpetuo reservamus. Decernentes jus nominandi hujusmodi, tam ad metropolitanam ecclesiam Labacensem præfatam per Nos, ut præfertur erectam, quam ad illius canonicatus, et præbendas, eisque adnexas dignitates, cæteraqua beneficia hujusmodi, sic subrogatos, subrogatas, ac subrogata regium existere, eidemque Josepho imperatori, et regi, ejusque successoribus regibus præfatis; prout alias ad episcopalem Labacensem ecclesiam sic suppressam, et ad illius canonicatus, dignitates, et beneficia hujusmodi ante illorum, et illarum subrogationem prælatam competebat, etiam in posterum competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regis hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, etiam per viam constitutionis, legis, regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo umquam tempore, et ex quavis causa derogari posse neque debere.

Submovetur omne juris remedium contra plenam literarum apostolicarum executionem.

§. 16. Ac præsentem Nostrum motum proprium, et easdem præsentes semper, et perpetuo validum, et efficacem, ac validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec ullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quamtumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerit, aut ex alio quocumque capite, de jure, vel de facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa etiam quamtumvis pia, privilegiata, legitima, et juridica, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illum, et illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu alias quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud umquam posse, neque eumdem Nostrum motum proprium, et easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et Sedem apostolicam præfatam per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque, et sub quibuscumque tenoribus, et formis,

ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet factis, et faciendis comprehendi, vel confundi, sed tamquam ad fidei catholicæ exaltationem, divinique cultus incrementum, et animarum ædificationem, et solatium factas, et emanatas semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per futuros archiepiscopum Labacensem, ac capitulum, et canonicos dictæ metropolitanæ ecclesiæ Labacensis nunc, et pro tempore existentes, ac alios quorum favorem eædem præsentes quomodolibet concernunt quandocumque eligenda concessas, et validas fore, et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri; et obtinere, et sic ab omnibus censeri, et ita, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, dictæque Sedis nuncios, et quoslibet alios quavis prærogativa, et privilegio pariter fungentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritumque decernimus, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus quatenus opus sit Nostræ, et cancellariæ apostolicæ prafatæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra dividi, aut distingui prohibentis, a iisque in contrarium facientibus, etiam synodalibus, provincialibus generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, deque archiepiscopalis ecclesiæ Goritiensis, ut præfertur suppressæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet etiam consistorialiter, aut alias etiam pluries, et iteratis vicibus concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata præsentibus inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum omnium, et singulorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de inscribendis ecclesiæ redditibus in libris cameræ.

§. 18. Volumus autem quod dictæ metropolitanæ ecclesiæ Labacensis per Nos, ut præfertur, erectæ fructus, redditus, et proventus ad quingentos florenos auri de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi respective debeat.

Deputatio executoris apostolici.

§. 19. Nos autem per præsentes nuncium apostolicum præfatum in dicta civitate Viennensi Austriæ, ut præfertur commorantem in executorem earumdem literarum quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate deputamus, eidemque nuncio apostolico Viennensi facultatem, ut ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro hujusmodi executionis effectu subdelegare libere possit, ac tam nuncio prefato, quam personæ illi per eum sic subdelegandæ facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa integram præmissorum observantiam sub quibuscumque sententiis, censuris, et pœnis ecclesiasticis præcipere, ac super quacumque oppositione adversus eadem præmissa quomodolibet occurrente, servatis tamen de jure servandis definitive pronunciare etiam libere, et licite possit, et valeat dicta auctoritate apostolica pariter respective concedimus, atque impartimur.

Sanctio poenalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, destinationis, declarationis, concessionis, indulti, dismembrationis, assignationis, facultatis alterius concessionis, segregationis, disjunctionis, incorporationis, adjunctionis, constitutionis, alterius assignationis, suppositionis, subjectionis, subrogationis, mandati, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis, ac alterius etiam concessionis, et impartitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo, septingentesimo octuagesimo octavo, octavo idus martii, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

---

## DCLXXXIX.

Dat. die 11. martii 1788 anno XIV.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui occasione capituli generalis visitaverint ecclesias ordinis sancti Augustini.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini in ecclesia, seu domo sancti Salvatoris canonicorum regularium hujusmodi civitatis Bononiensis propediem benedicente Domino celebrandum sit, Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris ordinis sancti Augustini, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Conditiones adnexæ, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur præsentes nullæ sint, utque earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 11 martii MDCCLXXXVIII., pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

## DCXC.

Dat. die 11. martii 1788 anno XIV.

Committitur nuntio Poloniæ, ut veris existentibus narratis mensæ abbatiali monasterii Tremesnensis canonicorum ordinis sancti Augustini Gnesnensis diœcesis onus imponat præstandi quotannis florenos quinque mille monetæ Poloniæ pro firmandis fundationibus ab abbate monasterii prædicti factis.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginensi Nostro, et apostolicæ Sedis apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniæ regem illustrem.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Decet Romanum pontificem votis illis suum præstare assensum, per quæ divinus augetur cultus, religio propagatur, et animarum saluti provida ratione consulitur, quamobrem Nos ad apostolicæ Sedis apicem divina disponente clementia assumpti his, quæ propterea facta comperimus, Nostræ approbationis robur, cum id a Nobis

petitur, libenter adjicere non recusamus, sicut in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Sane pro parte dilecti filii Michaelis Kosmowki canonici expresse professi, ac moderni abbatis claustralis monasterii Tremesnensis canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini diœcesis Gnesnensis expositum Nobis nuper fuit, quod ipse alias ecclesiam sui monasterii e fundamentis extruxit, publicas aperuit scholas, et propriis sumptibus eleganti opere collegium ædificavit, in quo duodecim adolescentes pauperes nobiles aluntur, et bonis moribus, et disciplinis instituuntur; quodque etiam ad hæc omnia stabilienda, præposituram Nistoviensem nuncupatam dictæ diœcesis, ordinis, et congregationis prædictorum mensæ abbatiali claustrali prædicti monasterii Tremesnensis per Nos uniri, adnecti, et incorporari obtinuit; prout in Nostris literis sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo primo pridie nonas septembris pontificatus Nostri anno septimo datis uberius continetur. Postmodum tamen cum in novum suæ religionis, ac pietatis argumentum, et nosocomium Tremesnense restauraverit, atque ampliaverit, adeo, ut etiam pauperes invalidi in eo sustentari possint, ac scholas etiam ad excipiendas instituendasque puellas adjunxerit, cappellanum, qui de eis spiritualem curam gerat, ac rectorem, qui temporalibus præsit, constituere in præsentiarum intendit.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat memoratus Michael abbas annuos redditus suæ mensæ abbatialis claustralis jamdiu tum laudabili rei familiaris administratione, tum etiam paludes exsiccando, atque vasta nemora cedendo in grandem summam florenorum quatuordecim millium circiter monetæ Polonæ auxerit; hinc fundationis hujusmodi prævio sui capituli, nec non moderni abbatis coadiutoris cum futura successione in dicta abbatia Tremesnensi in ævum firmare consensu desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur memorati Michaelis abbatis pietati, quantum cum Domino possumus favere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, religione, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentes committimus, ac mandamus, ut quatenus vera sint narrata, mensæ abbatiali claustrali dicti monasterii Tremesnensis onus erogandi annuos florenos duomille ex redditibus dictæ præposituræ Nistoviensis, ei, ut præfertur, perpetuo unitæ, mille scilicet ad præstanda alimenta duobus alumnis dicti sui monasterii, qui in accademia Cracoviensi studiis sedulam dent operam, ut inde sententias in publico lyceo, et collegio, ut præfertur, erectis profiteri valeant; et mille in ædificiorum dicti collegii, et nosocomii conservationem auctoritate Nostra apostolica imponas. Tibi insuper injungimus, ut abbates pro tempore existentes dicti monasterii Tremesnensis teneri quotannis solvere in manibus prioris pro tempore existentis ejusdem monasterii florenos termille ex quatuordecim mille annuorum redituum a dicto Michaele abbate auctis; quorum mille pro dote, seu pensione fundandi muneris rectoris hospitalis prædicti cum iis oneribus in instrumento pro illius fundatione stipulando injungendi erunt assignandi, mille vero communitati ejusdem monasterii ad alendum dictum cappellanum, qui quotidie in oratorio, seu cappella ejusdem hospitalis sacrum facere, rudimenta christianæ religionis docere, ac infirmis spiritualiter adesse teneatur, erunt persolvendi; cœteri autem floreni mille pro summa quingentorum in celebratione unius missæ in feriis sextis cujuslibet hebdomadæ pro moribundis, et post ipsius Michaelis abbatis funus in animæ suæ piaculum erunt insumendi; ducenti quinquaginta in utilitatem ecclesiæ abbatialis in compensationem deperditorum reddituum cedent; tandem cœteri floreni ducenti quinquaginta inter antecessores, qui in monasterio prædicto scientias profitebuntur in laborum suorum præmium erunt distribuendi, eadem auctoritate statuas, atque declares, hæcque omnia confirmes, eisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicias.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentes literas semper firmas, validas, et effica-

ces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima martii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

## DCXCI.

Dat. die 13. martii 1788 anno XIV.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui visitaverint ecclesiam sancti Caroli ad Catinarios urbis occasione celebrationis capituli generalis a clericis regularibus congregationis sancti Pauli Decollati.

### Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus capitulum generale clericorum congregationis sancti Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum in ecclesia, seu collegio sancti Caroli a Catinari nuncupat. de urbe prope diem benedicente Domino celebrandum sit; Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis congregationis hujusmodi ubicumque existentem, die quo inchohabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Conditiones adnexæ, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, atque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xiii martii MDCCLXXXVIII. pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Dat. die 14. martii 1788. Anno XIV.

## DCXCII.

Facultas archiepiscopo Gnesnensi applicandi seminario in ditione Borussica erigendo præter beneficia simplicia alia duo beneficia curam animarum habentia.

Venerabili fratri Michaeli archiepiscopo Gnesnensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Quantum pastoralis sollicitudinis, et vigilantiæ in Dominicum gregem, cui fraternitatem tuam Dominus Noster Jesus Christus voluit præsidere, a te semper impendatur, novis hisce etiam postulatis ostenditur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem nuper Nobis fecisti, quod Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei decimæ quintæ mensis decembris anni MDCCLXXXVI. expeditas literas, ut spirituali tuorum subditorum in ditione regis Borussiæ consistentium utilitati prospectum esset, tibi, prævia monasterii Wysoka canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini in dicta ditione, tuaque diœcesi existentis suppressione, bona quæcumque, jura, et actiones ad monasterium hujusmodi spectantia ecclesiastico seminario inibi erigendo sub certis modis, et conditionibus uniendi, et applicandi plenam, et amplam facultatem impertiti sumus; tibique insuper concessimus, ut si redditus, ac proventus bonorum, ac jurium dicti suppressi monasterii ad sufficientem alumnorum numerum sustendandum sat non essent, beneficia sæcularia, ac simplicia dumtaxat, non autem curam animarum adnexam habentia ad formam concilii Tridentini eidem seminario pro tuo arbitrio, ac prudentia unires, et incorporares.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ea sit, ut plurimum in hisce partibus beneficiorum natura, et indoles, ut vel minimi sint si simplicia, vel curam animarum adnexam habeant, quæ tamen cum ab illorum rectoribus per vicarios geri soleat, hinc etiam beneficia hujusmodi tamquam simplicia quodammodo reputantur; quamobrem cum ad tam utile inceptum perficiendum, erigendi scilicet seminarii in ditione Borussica redditus, ac proventus alias ad dictum novissime suppressum, ac unitum monasterium spectantes non sufficiant, nullaque sint fortasse beneficia simplicia sæcularia, aut saltem nullius æstimationis, quæ, ut præfertur, illi uniri possint; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 4. Nos igitur memores quantum indulgentiæ, et facilitatis iis Nostris cooperatoribus, qui circa Dominicum gregem pondus diei, et æstus quotidie portare non recusant, debeatur, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, dictarum Nostrarum literarum diei XV decembris MDCCLXXXVI. tenores etiam veriores pro plene, ac sufficienter insertis, et expressis habentes, supplicationibus hujusmodi Nobis tuo nomine humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, ac mandamus, ut præter beneficia sæcularia, ac simplicia, si quæ sint, in ea tuæ diœcesis parte, quæ in ditione Borussica est, et quæ juxta earumdem Nostrarum literarum tenorem dicto seminario essent unienda, duo etiam beneficia curam animarum adnexam habentia in futurum vacatura illuc consistentia, prout juxta datam tibi a Domino prudentiam satius, atque opportunius videbitur, erigendo seminario prædicto auctoritate Nostra apostolica unias, applices, atque incorpores, ac unita, applicata, et incorporata esse, et fore statuas, atque decernas, ita tamen, ut vicariis perpetuis, per quos cura animarum eidem beneficiis adnexa erit exercenda juxta synodales constitutiones certam, ac fixam annuam congruam ex redditibus, ac proventibus eorumdem uniendorum beneficiorum persolvendam eadem auctoritate constituas, et assignes. Volumus propterea, ut postquam hæc omnia confeceris quam primum de hisce Nos, aut Romanos pontifices successores Nostros certiores reddas, atque applicationum, et unionum hujusmodi actus ad urbem transmittas. Nos enim tibi

necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem illa perducenda pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et exequi mandandi ea omnia, quæ componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentes literas etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali: sive etiam ex eo, quod in eisdem præmissis solemnitates, ac quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabilis, et privilegiata etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concesso, aut impetrato, quemquam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, et aliis Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non applicandorum beneficiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta martii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Dat. die 21. aprilis 1788 anno XIV.

## DCXCIII.

Imminutio festorum in civitate, et diœcesi Abulensi.

Venerabili fratri episcopo Abulensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Procemium.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. Ea propter apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Abulensi adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt præsepissime coguntur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis, eum suis conditionibus.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diœcesis Abulensis existentibus, ut deinceps exceptis omnibus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, sancti Josephi, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, et celebritatis omnium sanctorum, præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virgini immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem, sive per synodales earumdem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiæ scrupolo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet con-

cessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

---

## DCXCIV.

Dat. die 15. aprilis 1788 anno XIV.

Confirmatur resolutio congregationis nationis Illiricæ in ecclesia sancti Hieronymi de urbe institutæ a capitulo, et canonicis dictæ ecclesiæ approbata, qua statuitur, ut archipresbytero dictæ ecclesiæ pro tempore existenti ex massa capitulari assignetur pars duplex ex iis fructibus, quos canonici percipiunt.

### Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum, cum tenore resolutionis captæ a s. congregatione

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii deputati congregationis nationis Illyricæ ecclesiæ collegiatæ sancti Hieronymi Illyricorum nuncupat. de urbe, quod licet ipsi ad majorem Dei cultum in eorum ecclesia promovendum, transactione inita inter capitulum, et canonicos ejusdem ecclesiæ, ac familiam, et gentem Cesarini ipsius patronam, atque per alias Nostras in simili forma Brevis die vicesima secunda mensis martii MDCCLXXXII. expeditas literas confirmata, pro tempore existenti ipsius ecclesiæ archipresbytero ex communi totius capituli massa non amplius duplicem, sicut cautum fuerat in erectionis Bulla a felicis recordationis Xisto papa VI. prædecessore Nostro alias edita, sed tantummodo tertiam partem statuerint ex iis fructibus, quos singuli ex canonicis percipiunt. Nihilo tamen secius cum modernus archipresbyter dilecto filio Nostro Karolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Rezzonico nuncupato ejusdem nationis apud Nos, et Sedem apostolicam protectori rite deputato, ac ipsimet congregationi exposuerit, quod per dictam præbendæ archipresbyteralis imminutionem non solum contra fundationem, sed etiam adversus juris communis dispositionem factam grave detrimentum sibi, et successoribus inferebatur, ac proinde ab illo se eximi deprecabatur, eadem congregatio hujusmodi rationibus attentis, ac perpenso nationis suæ statu in meliorem ex eo tempore verso, ut ad pristinum decus archipresbyteralem dignitatem restitueret, atque insuper dilecto etiam filio Joanni Antonio Pinelli moderno archipresbytero pro curis, et diuturnis sollicitudinibus ab eo cum insigni pii loci utilitate susceptis gratificaretur, statuit, ut favore ipsius, et archipresbyterorum ejusdem successorum prædictum augmentum in posterum fieret; atque communicata universo capitulo ex mandato dilecti pariter filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Carrara nuncupati dictæ ecclesiæ titularis, convocato, prædictæ congregationis sententia unanimi consensu, plenisque votis die xiii. januarii currentis anni approbata fuit, atque statutum, ut annuorum redituum capituli supputatione facta in capitularem massam congereretur id totum quod pro augumento hujusmodi faciendo assignaretur, et idem augumentum a vigilia usque Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi tunc proxime elapsa factum computaretur; declaratione insuper adjecta, quod quarta pars ex communi massa ad id conferenda, quotidianis ordinariis, et extraordinariis distributionibus comprehensis ab eadem congregatione in summa scutorum quadraginta monetæ Romanæ assignari deberet. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præmissa congregationis, et capituli resolutio, ut firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri iidem exponentes summopere desiderent.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 2. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, supradictam congregationis, et capituli resolutionem cum omnibus, et singulis in ea contentis auctoritate apostolica teno-

re præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostris literis prædictis, quibus quoad ea, quæ præmissa concernunt, sufficienter, et expresse derogamus, aliisque constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiæ, et capituli prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

## DCXCV.

Dat. die 18. aprilis 1788. anno XIV.

Supprimuntur collegium, cappella, nec non sex cappellaniæ alias a bo: me: Emmanuele de Noronha episcopo Lamacensi erectæ ad effectum erigendi in eadem Lamacensi diœcesi seminarium episcopale, cum aliis ordinationibus.

Venerabili fratri Joanni Antonio episcopo Lamacensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod cum inter cætera, quæ pro reformanda, tuendaque ecclesiastica disciplina a concilio Tridentino statuta fuere, illud per utile visum sit, ut scilicet ab episcopis, unusquisque in sua diœcesi, collegia, seu seminaria erigerentur in quibus ii pueri recipiantur, quorum indoles, et voluntas spem afferet eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros esse, ut sic recte instituti, et a teneris annis, et antequam vitiorum habitus totos homines possideret, ad pietatem, et religionem efformati, Deo auxiliante, in disciplina ecclesiastica facilius perseverarent; hinc cum primum tam utile institutum in tua diœcesi prorsus desiderari tibi compertum fuit ad seminarium ecclesiasticum juxta decreta dicti concilii Tridentini pro spirituali bono, ac ecclesiasticæ disciplinæ progressu fundandum, ac ad procuranda media magis accomodata, et ad optatum finem conducentia animum adjecisti.

Ratio concessionis.

§. 2. Et quoniam pro constituenda ad formam ejusdem Tridentini concilii eidem seminario, ut præfertur, erigendo firma, stabilique dotatione, æque firma, ac stabilia requiruntur subsidia tum pro alumnis inibi excipiendis, et sustentandis, cum pro magistris, aliisque inservientibus congrua danda stipendia, idcirco considerans tu, quod alias anno nempe MDXCVI. bo: mem: Emmanuel Noronha, dum vixit, episcopus Lamacensis in ultimo suæ voluntatis elogio non solum sex anniversaria quotannis in animæ suæ expiatione a capitulo cathedralis Lamacensis celebrari voluit, aliaque disposuit, sed etiam fundata cappella sub titulo sancti Nicolai in claustro ejusdem cathedralis ec-

clesiæ, collegium instituit in educationem octo clericorum dictæ diœcesis, qui quotidie officium divinum in eadem cappella recitare, duas missas quotidie juxta pii testatoris intentionem per vices celebrare, nonnullas præscriptas preces fundere, aliaque onera adimplere, præsertim vero in collegio pernoctare, theologiæ morali, ac plano cantici modo, seu *canto fermo* in scholis in id erectis sedulam operam navare deberent; qui cum nunc otio tabescentes neque theologiæ morali, neque cantui vacent, nullam ecclesiæ utilitatem afferunt, immo cum assignati a pio fundatore redditus progressu temporis copiosiores, ac uberiores facti sint, unde deductis sumptibus ad hæc onera adimplenda necessariis, qui in summa scutorum mille, et ducentorum circiter monatæ Romanæ constituuntur, licet ex episcoporum, ac capituli, sede vacante, visitationibus nunc decem anniversaria quotannis fiant, a quolibet ex cathedralis ecclesiæ presbyteris decem missæ pro anima episcopi testatoris celebrentur, emolumenta clericis collegii, et capituli persolvenda pariter aucta sint, ac pro octo, duodecim alantur clerici in dicto collegio, nihilominus supersextent annua scuta duomille, et octingenta circiter ejusdem monetæ, neque proinde aptius, neque utilius erigendo seminario consuli posse arbitratus es, quam si retenta quantum fieri potest pii testatoris voluntate, bona, redditus, jura, et actiones ad dictam fundationem pertinentia in id applicarentur, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis tenor.

§. 3. Nos igitur dum providum tuum consilium fundandi, atque instituendi ecclesiasticum seminarium in tua diœcesi in Domino plurimum commendamus, tuis justis petitionibus libenter assensum præbere volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, ac religionis zelo quantum maxime confidimus, per præsentes committimus, ac mandamus in primis, ut dictum collegium, nec non cappellam sancti Nicolai, servitium chori in ea, ut præfertur, faciendum, ac sex ex dictis duodecim cappellanis, qui eidem cappellæ veluti collegiales inserviunt, auctoritate Nostra apostolica supprimas, atque extinguas, ac suppressa, et extincta fore, et esse edicas.

Conditiones adnexæ.

§. 4. Sex vero alios cappellanos dictæ cappellæ inservientes ad tuam cathedralem ecclesiam transferas, illiusque chori servitio perpetuo addicas; ita tamen, ut altera ex duabus missis quotidie in dicta cappella sancti Nicolai, ut præfertur, celebrandis a dictis sex cappellanis ad cathedralem ecclesiam translatis in posterum, aut in eadem cappella, ubi episcopus testator tumulatus est, aut in ecclesia cathedrali, prout statuendum fore opportunius duxeris, altera vero in cappella dicti erigendi seminarii semel ac constituta fuerit juxta intentionem, et modum ab eodem testatore præscriptum sint celebrandæ constitutas. Volumus insuper, tibique injungimus, ut anniversaria, quæ in expiationem animæ pii fundatoris nunc in memorata cappella fiunt, in ecclesia cathedrali cum iisdem distributionibus, et emolumentis, ac in eadem summa, et modo, quo nunc a canonicis, aliisque capitularibus percipiuntur, nisi quod ægrotantes quoque distributiones, ac emolumenta hujusmodi lucrabuntur, deinceps haberi debeant dicta auctoritate declares.

Declarationes circa satisfactionem onerum.

§. 5. Ne porro temporis progressu aliqua difficultas exoriri possit quoad omnium onerum prædictorum satisfactionem, si ea ex administratione erigendi seminarii pendeat, tibi propterea mandamus, ut ecclesiam de Fanzeres alias dicto suppresso collegio, ac cappellæ adnexam mensæ capitulari dictæ tuæ ecclesiæ cathedralis ea lege, ut omnia dicta onera adimpleantur eadem auctoritate perpetuo unias, et incorpores, ac unitam, et incorporatam esse, statuas, atque decernas. Verum quia redditus dictæ ecclesiæ de Fanzeres excedunt injuncta onera, volumus idcirco, ut a mensa capitulari prædicta nedum moderno administratori dictæ cappellæ, et collegii integrum quoad vixerit, emolumentum ei alias pro gerenda administratione hujusmodi constitutum solvatur, sed etiam fabricæ ecclesiæ cathedralis annua scuta centum viginti, extincta tamen pensione scutorum septuagintorum, quæ fabricæ prædictæ quotannis de capitulari massa solvebantur, perpetuo assignetur, nec non de hisce ipsis fructibus portio aliqua, sicut præfertur, persolvenda pro congrua pa-

rochi, ac ecclesiæ de Fanzeres prædictæ tuo arbitrio, ac prudentia prætinienda statuatur. Post hæc vero tibi concedimus, ut omnes redditus, ac proventus dicti collegii, ac cappellæ, seu redditus ac proventus ecclesiæ de Orezinho eis unitæ, aliaque jura, actiones, bona mobilia, et immobilia, sacra, et prophana, quomodolibet ad collegium, ac cappellam hujusmodi spectantia, et pertinentia seminario, aut in loco dicti collegii, aut alibi pro tuo arbitrio erigendo, ita tamen ut administratores pro tempore existentes seminarii hujusmodi quotidianæ missæ prædictæ in cappella ejusdem seminarii juxta episcopi testatoris intentionem curare teneantur, dicta auctoritate perpetuo unias, incorpores, atque adnectes, ac unita, incorporata, atque adnexa esse, et fore decernas.

Concessio mandati favore episcopi ad omnia gerenda, quæ petita, et concessa fuerunt.

§. 6. Cum porro Nobis undique perspecta sit tua pastoralis sollicitudo, te hinc enixe hortamur, ut ea omnia, quæ ad formam dicti concilii Tridentini tum pro puerorum in seminario excipiendorum ad pietatem, ac religionem efformatione, ac in ecclesiasticis disciplinis institutione, tum etiam seminarii firmitatem salubriora fore conspexeris, pro tuo arbitrio, ac prudentia statuas; sicque agas, ut seminarium hujusmodi tuæ diœcesi proficuum, ac utile futurum sit. Nos enim tibi omnem et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Decernentes has præsentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quamtumlibet legittima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensu, aut alio quovis quamtumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et petestatis plenitudine paribus concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat in in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, ac quatenus opus sit, memorati episcopi testatoris dispositione, codicillis, ac ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quæsito non tollendo, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri de divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contra-

riis quibuscumque. Ut porro te specialioribus gratiis prosequamur, tibi perpetua missarum, aliaque antiqua onera, quibus cappellani cathedralis ecclesiæ gravantur, attenta redditũum imminutione, ac eleemosynarum tenuitate, quæ ex eis percipere solent, reducendi pro tuo arbitrio, et conscientia possis et valeas auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

---

Dat. die 22 aprilis 1788 anno XIV.

## DCXCVI.

Sanctitas sua distulit vim, ac observantiam constitutionum fratrum ordinis B. M. de monte Carmelo Excalceatorum congregationis Hispanæ provinciæ sancti Alberti in Indiis quoad electiones superiorum dictæ provinciæ.

### Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Sedes apostolica veluti pia mater, quæ filiorum uteri sui oblivisci nescit quoties validissimis de causis aliquid de regularis disciplinæ rigore per modicum tempus relaxari petitur, petentium desideriis, mature prius pensatis rerum circumstantiis, congruum suffragium impertiri consuevit, ut vicissim Christifideles, qui despectis hujus sæculi illecebris ad religionem veluti ad portum salutis confugerunt, intentiori deinde studio, atque solertiori cura juxta regularia suorum ordinum instituta viventes gratum Altissimo impendant famulatum, felicioribusque in dies in via Domini proficiant incrementis.

Expositio precum porrectarum, et ratio concessionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius a sancto Joanne Baptista ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Hispanæ expresse professus, definitor generalis, ac procurator provinciæ s. Alberti in Indiis congregationis et ordinis prædictorum, quod posteaquam per Nostras in simili forma Brevis die xiv martii MDCCLXXXVI. expeditas literas prævio accurato, ac diligenti examine novas constitutiones ordinis, et congregationis prædictorum confirmavimus, a quibus inter cœtera quædam ætatis, et graduationis qualitates in iis, qui ad officia sunt designandi prærequiruntur, cum haud facile fore noverimus, tot fratres nunc primum præscriptis requisitis pollere, quot ad omnia ordinis, et congregationis prædictorum munia obeunda essent necessarii, hinc eos etiam, qui qualitatibus hujusmodi essent destituti, si alias sibi demandatis muneribus laudabiliter fuissent defuncti, ad eadem officia quoad essent, qui postulata adjuncta haberent, eligi posse concessimus. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat in dicta provincia s. Alberti in Indiis ordinis, et congregationis prædictorum, nedum eædem vigeant causæ, unde ob minimum fratrum numerum nulla habita ratione ad illorum ætatem, prout a dictis constitutionibus præscribitur, fratres de cathedra ad officia, ac prælaturas omnino deputandi sint, illud insuper urgeat, quod cum ob grassantem pestem in regno Mexicano plures inter eos, qui magis idonei reputabantur, interierint, officia hujusmodi in eos obvenient, qui et si ætate provecti minime tamen apti ad gerenda officia hujusmodi censentur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur paterna charitate, qua ordinem, et congregationem prædictam prosequimur, suarum provinciarum bono consulere, ac memoratum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati vim, ac observantiam dictarum novarum constitutionum quoad dictæ provinciæ s. Alberti definitoris generalis, definitoris provinciæ, provincialis, priorum, ac magistrorum novitiorum, ac professorum electiones ad quinque triennia proxime decurrenda auctoritate apostolica tenore præsentium proferimus, ita ut dictam provinciam in hac dumtaxat parte constitutionibus prædictis, durantibus hisce trienniis, minime adstringi, sed statuta ad hæc

usque tempora retenta observari debere auctoritate, et tenore prædictis constituimus, atque declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostris literis anno MDCCLXXXVI. in simili forma Brevis expeditis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

Dat. die 22. aprilis 1788. anno XIV.

## DCXCVII.

Facultas confratribus archiconfraternitatis sanctissimi Sacramenti loci, seu Castri s. Petri Bononiensis diœcesis elevandi in processionibus proprium vexillum vulgo confalone, o stendardo.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum porrectarum a confraternitate.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, officiales, et confratres archiconfraternitatis sanctissimi Sacramenti in loco, seu in castro sancti Petri istius Bononiensis diœcesis canonice, ut asseritur erectæ, quod cum jamdiu eadem archiconfraternitas in dicto castro instituta, ac inter cœteras ejusdem castri confraternitates ipsa perantiqua, ac ob pia opera, quæ a dictis confratribus exercentur maxime illustris existat, hinc ipsi quemadmodum aliæ confraternitates præsertim sub titulo sanctissimi Sacramenti in hac tua diœcesi solent licentiam elevandi in publicis functionibus, et processionibus per dictum castrum pro tempore habendis proprium vexillum vulgo stendardo, o confalone eis per Nos concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eis in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, ac mandamus ut veris existentibus narratis, dictæ archiconfraternitati, seu ejus confratribus pro tempore existentibus licentiam elevandi in quibusvis processionibus, et supplicationibus, aliisque publicis functionibus per dictum castrum pro tempore habendis proprium vexillum vulgo stendardo, o confalone nuncupatum auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia concedas, et indulgeas.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 3. Decernentes has præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

Dat. die 20. maii 1788 anno XIV.

## DCXCVIII.

Conceditur, ut regii cappellani regis catholici canonici appellari, cappa nigra, et rocchetto, aliisque privilegiis, quibus canonici frui solent, uti libere, ac licite possint, et valeant,

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quoties Nobis postulatur, quod ad ecclesiarum decus, divini cultus augumentum, et ad Christifidelium pietatem, ac devotionem excitandam, promovendamque accomodatum, idoneumque videtur, Nos decet libenter concedere, et petentium sublimorum præsertim principum desideriis congruum impertiri suffragium.

Ipse rex indultum pro regiis cappellanis impetravit.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod cum alias anno scilicet MDCCLXIX. capitulum suorum regiorum cappellanorum ad regiam ecclesiam sancti Isidori oppidi civitatis nuncupatæ Matriti Toletanæ diœcesis transferri curaverit, illorumque numerum usque ad viginti quatuor præter cappellanum majorem, quæ dignitas archiepiscopis Toletanis pro tempore existentibus est in perpetuum unita, ac præter suum vicarium, seu tenentem, eis statutis congruis redditibus cum onere tum interessendi, cum etiam suscipiendi spiritualem animarum Christifidelium curam, vel concionando, vel sacramentales confessiones excipiendo, auxerit, itaut nemo nisi prius per difficile examen ad formam canonicatuum ecclesiarum cathedralium regnorum Hispaniæ, quos vocant de officio, de illis idoneitate constet inter cappellanos hujusmodi adscribatur; hinc, ut cappellanos hujusmodi, ac ipsam regiam ecclesiam sancti Isidori novi oneris prærogativa exornet Nobis memoratus rex catholicus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessi privilegii

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis annuere, ac cappellanos prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut deinceps, et perpetuis futuris temporibus cappellani regii hujusmodi canonici regiæ ecclesiæ sancti Isidori oppidi civitatis nuncupatæ Matriti Toletanæ diœcesis appellari, ac cappas chorales nigras, et rocchettum ad instar, et juxta consuetudinem aliarum ecclesiarum cathedralium, et collegiatarum regnorum Castellæ tam in prædicta ecclesia sancti Isidori, ejusque choro, et capitulo, quam extra, cum in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti, ac cœteris dicti oppidi civitatis nuncupatæ Matriti ecclesiasticis, vel cleri corporalibus præcedere, nec non omnibus, et singulis aliis juribus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, et indultis, quibus aliarum cathedralium, et collegiatarum canonici uti, frui, et gaudere solent, pariter uti, et frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; eosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima maii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Dat. die 10. junii 1788 anno XIV.

## DCIC.

**Unio conventus fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis, provinciæ Ferrariensi ejusdem ordinis.**

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio divinitus commissum postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio suscipiamus, per quam Christifideles sub suavi religionis jugo divini numinis obsequiis insistentes, felicioribus in dies proficiant incrementis.

Expositio precum porrectarum et ratio concessionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum infans, quod cum ad bonum, ac utilitatem conventus fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis ad illius regularem disciplinam magis, magisque fovendam, conservandamque quammaxime spectaret, si prævia illius dismembratione, ac separatione a conventibus ordinis prædicti quibus usque adhuc unitus, ac incorporatus fuit, ille conventibus provinciæ Ferrariensis uniretur, et incorporaretur, prout ille dictis conventibus uniri, et incorporari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor decretæ dismembrationis, et respective unionis.

§. 3. Nos igitur piis memorati Ferdinandi infantis votis quantum cum Domino possumus annuere, dictique conventus fratres specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratum conventum civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis, prævia illius dismembratione, ac segregatione a conventu, seu conventibus ordinis prædicti, cui usque adhuc addictum extitit, cum omnibus suis bonis, domibus, juribus, ac actionibus quibuscumque conventibus provinciæ Ferrariensis auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, conjungimus, adnectimus, et incorporamus, ac perpetuo unitum, conjunctum, annexum, et incorporatum esse, et fore dicimus, et mandamus. Ita ut conventus hujusmodi deinceps cum aliis conventibus provinciæ prædictæ unum dumtaxat corpus, seu provinciam efformet.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti conventus ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Dat. die 17. junii 1788. anno XIV.

## DCC.

Instantibus monachis monasterii sancti Hieronymi oppidi Matriti Toletanæ diœcesis applicantur fructus simplicis beneficii de Pruna duabus parochiis ejusdem oppidi.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii sollicitudo postulat, ut in his, quæ monasteriorum, et ecclesiarum omnium prospero statui firmiter, atque utiliter consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus prior, et monachi monasterii sancti Hieronymi oppidi civitatis nuncupatæ Matriti Toletanæ diœcesis, quod cum alias carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus fructus, redditus, ac proventus simplicis ecclesiastici beneficii de Pruna nuncupati parochiali ecclesiæ etiam de Pruna Hispalensis erecti, et jam tunc vacantis de suo, ut asseritur, regio patronatu pro illorum medietate ad statuendam congruam parochis de Pruna, et Alzamillas Hispalensis diœcesis cedere, alteram vero medietatem ad augendam totam dicti monasterii, rependendaque sua jura ei forsan competentia assignari, ac perpetuo uniri, ac applicare voluerit, venerabilis frater modernus archiepiscopus Hispalensis unionem, assignationem, ac applicationem medietatis fructuum, ac proventuum dicti beneficii memoratis duabus parochiis per suum decretum canonice perficit; hinc, ut memorati regis catholici desiderium, etiam quoad alterius dictorum fructuum, ac proventuum medietatis unionem dicto monasterio faciendam impleatur. Nobis propterea dicti exponentes supplicari fecerunt, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur eosdem priorem, ac monachos dicti monasterii specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prævia, quatenus opus sit, confirmatione unionis medietatis fructuum, ac proventuum dicti simplicis beneficii duabus parochiis jam, ut præfertur, ab archiepiscopo Hispalensi canonice factæ, alteram eorumdem fructuum, reddituum, ac proventuum medietatem dicto monasterio sancti Hieronymi oppidi civitatis nuncupatæ Matriti pro illius dote, rependendisque juribus ei forsan competentibus auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, addicimus, ac incorporamus, medietatem fructuum, ac proventuum beneficii hujusmodi dicto monasterio perpetuis futuris temporibus unitam, addictam, et incorporatam esse, et fore statuimus, atque mandamus.

Liberatio beneficii ab omnibus oneribus.

§. 4. Ne autem portio hujusmodi ullo unquam tempore imminuatur, eam ab omni prorsus onere, quo dictum beneficium ante unionem hujusmodi gravabatur, exemptam, et liberam esse, et fore declaramus, immo monasterium hujusmodi nihil conferre pro ipsius beneficii servitio teneri, ita tamen, ut vicissim ab eodem monasterio nulla unquam contributio a dictis parochis, qui beneficio prædicto inserviunt, et quibus alia eorumdem fructuum medietas cum suis oneribus, ut præfertur, unita fuit, postulari possit, auctoritate, et tenore prædictis volumus, atque concedimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, atque sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generali-

bus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima junii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

Dat. die 20. junii 1788 Anno XIV.

## DCCI.

Instante abbatissa capituli de Nevenheerse Paderbonensis diœcesis, uniuntur duo beneficia ejus mensæ capitulari.

Venerabili fratri Friderico Willelmo episcopo Paderbonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Ad ecclesiarum omnium statum salubriter, et utiliter providendum paterna sollicitudine vigilantes, illa eis favorabiliter concedimus, quæ eorum necessitatibus fore conspicimus opportuna.

Ratio concessionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilecta in Christo filia baronissa cognominata de Dalwegh moderna abbatissa collegii, seu capituli utriusque sexus de Nevenheerse tuæ Paderbonensis diœcesis, quod cum sua ecclesia de Nevenheerse vetustate fatiscens, promptis, ac sumptuosis reparationibus indigeat; mensa communis, seu capitularis impar omnino est necessarios ad id sumptus sustinere, tum ob suorum redditum tenuitatem, tum maxime ob æs alienum alias ad reparanda damna ex bello Germanico anni MDCCLVI. sibi allata contractum, quo adhuc gravata reperitur, quamobrem si nova nomina essent facienda adeo annuus suus census extenuaretur, ut quæ ad ipsius ecclesiæ servitium necessaria forent, prorsus quasi deessent, sicque paullatim ex divino cultu in dicta ecclesia multum derogaretur. Itaque desiderans memorata abbatissa decori, et necessitati suæ ecclesiæ provide consulere, ac nolens nova onera suis capitularibus imponere ad procurandas vias omnes magis accomodatas, et ad optatum finem conducentes, animum suum adjecit; et quoniam capitulum, seu collegium prædictum nedum constat ex undecim canonissis præter abbatissam, et aliis duobus canonicis, qui curam animarum in pago de Nevenheerse gerunt, verum etiam eidem capitulo, seu collegio alii quatuordecim vicarii, seu beneficiati adsunt, qui alternatim missam conventualem in prædicta ecclesia celebrando, ac diurnas, et vespertinas preces in diebus festivis canendo ecclesiæ hujusmodi inserviunt, quique præter assignatam portionem ex communi, seu capitulari mensa persolvendam, suas etiam habent peculiares præbendas a piis fundatoribus erectas, quarum collatio, ut asseritur, dum vacant, quomodocumque ea vacent, ad abbatissam pro tempore existentem dicti capituli, seu collegii libere semper spectat; provide idcirco considerans prædicta abbatissa, quod si suppressis duobus ex dictis quatuordecim vicariis, seu beneficiatis primo vacaturis bona, ac redditus ad illa quomodolibet spectantia in hanc causam applicarentur, non solum præsentibus, sed etiam futuris prædictæ ecclesiæ necessariis reparationibus optime consultum esset. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur reparationi, ac decori dictæ ecclesiæ, illiusque mensæ capitulari, nec non divino cultui consulere, memoratamque exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ejus singularem personam a quibusvis excommunicationis,

Mandatum de supprimendis vicariis.

et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, ac mandamus, ut veris existentibus narratis, duas primo vacaturas vicarias, seu beneficia ex quatuordecim vicariis, seu benificiatis in dicta ecclesia de Nevenheerse, ut præfertur, fundatis, dummodo tamen tempore datæ præsentium nemini sit in eis specialiter jus quæsitum, auctoritate Nostra apostolica nunc prout ex tunc, dum scilicet ea vacare contigerit, supprimas, et extinguas, ac suppressa, et extincta esse, et fore decernas, atque declares, ita ut vicariæ, seu beneficia hujusmodi ex nunc collativa esse desinant, et de cætero uti talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, seu de illis disponi amplius nequeat, et si illa deinceps conferri, aut impetrari, aut alias de illis disponi contingat, collationes, provisiones, et aliæ quævis dispositiones de illis quomodolibet faciendæ nullæ, et inanes, nulliusque roboris, et momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant.

Applicatio fructuum vicariarum suppressarum favore mensæ capitularis.

§. 4. Insuper omnes, et singulos dictarum vicariarum, seu beneficiorum primo vacaturorum, ut præfertur, supprimendorum, et extinguendorum fructus, redditus, et proventus certos, et incertos, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque, ac distributiones festivas, ac quotidianas, si quæ sunt, ad easdem vicarias, seu beneficia hujusmodi, seu ad illorum possessores pro tempore existentes spectantia, et pertinentia, et in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia mensæ communi, seu capitulari dictæ ecclesiæ de Nevenheerse in reparationem, et fabricam ejusdem ecclesiæ, aliasque necessitates omnino erogandos, ita ut postquam unum, aut utrumque ex beneficiis, seu vicariis hujusmodi primo vacaverit dictæ modernæ, et pro tempore existentes abbatissa, capitulum, seu collegium, ac canonissæ, et canonici omnes, et singulos fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, et distributiones etiam quotidianas, et festivas, si quæ sunt hujusmodi beneficiorum, seu vicariarum, per te, ut præfertur, supprimendorum, et extinguendorum percipere, exigere, et levare, ac supportatis tamen prius per dictam mensam communem, seu capitularem eorumdem beneficiorum, seu vicariarum, ut præfertur supprimendorum, et extinguendorum missarum, aliisque, si existunt, piis oneribus in dictam causam erogare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate prædicta perpetuo unias, applices, et appropries, ac nunc pro ut ex tunc unita, applicata, et appropriata esse, et fore mandes, ac statuas.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque piorum fundatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, et applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, et aliis Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum constitutione, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non præfati capituli, seu collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficaciori-

bus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima junii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

## DCCII.

Dat. die 27. junii 1788. Anno XIV.

Instantibus episcopo, et capitulo cathedralis ecclesiæ de Cuenca in Indiis confirmatur quædam conventio inter ipsos facta.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Romanus pontifex, cui major cunctis Christianæ religionis zelus, ac divinorum præceptorum incumbit custodia, cum nil frequentius, nilque enixius a Christo Domino, dum adhuc vitam ageret in terris, discipulis suis inculcatum fuisse legitur, quam ut pacem, et unitatem diligerent, circa ea omnia, quæ ad sedandas, compescendasque controversias, et dissidia præsertim inter Dei, et Ecclesiæ ministros disposita esse noscuntur, auctoritatem suam præsertim, si id ab eo petatur, interponere tenetur, pro ut in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum porrectarum a transigentibus.

§. 2. Nuper siquidem pro parte venerabilis fratris episcopi de Cuenca in Indiis, et dilectorum filiorum capituli dictæ cathedralis ecclesiæ de Cuenca expositum fuit, quod cum alias episcopos, et capitulum simul præbendas ejusdem cathedralis ecclesiæ in mensibus ordinariis vacantes conferre consueverint, hinc plures, atque plures inter episcopos pro tempore existentes, et capitulum simultates, et controversiæ sæpissime exortæ sunt. Ad has præcidendas, suadente quoque carissimo in Christo filio nostro carolo Hispaniarum rege catholico, unanimi consensu statuerunt, ut in posterum episcopus, et capitulum huiusmodi alternis vicibus, et de per se præbendis in mensibus ordinariis vacaturis providerent, ita ut primam præbendam in mensibus ordinariis vacaturam episcopus, alteram capitulum, sicque vicissim quoties aliqua præbenda vacaverit, respective conferrent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut conventio, seu transactio hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, exponentes prædicti illam apostolicæ firmitatis patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati; transactionem, et conventionem hujusmodi cujusvis deinceps, et perpetuis futuris temporibus episcopus pro tempore existens de Cuenca in Indiis, et suum capitulum alternis vicibus præbendis ecclesiæ cathedralis in mensibus ordinariis in posterum vacaturis de idoneis personis providebunt, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, et censeri posset supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suf-

fragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiæ, et capituli prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima junii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

## DCCIII.

Dat. die 27. junii 1788 anno XIV.

Confirmatur quædam donatio ad instantiam fratrum ordinis Prædicatorum conventus Calvariensis Samogitiensis diœcesis.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Ad uberes fructus, quos fratres ordinis Prædicatorum in agro Dominico quotidie faciunt, attente respicientes, æquum quin potius debitum reputamus, ut ea, quæ in illorum favorem concessa fuerunt, approbamus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, et fratres conventus Calvariensis nuncupati ordinis fratrum Prædicatorum Samogitiensis diœcesis, quod alias anno scilicet MDCCLII. a tunc in humanis agente episcopo Samogitiensi Antonio Tyszkiewicz pro parva ruinosa ecclesia quam tunc fratres prædicti obtinebant eis nova, eaque amplior suis sumptibus e fundamentis extructa fuit, et quoniam ipsi, quorum conventus in bonis ad mensam episcopalem alias spectantibus fundatus reperiebatur, magno studio, magnoque zelo cultum passionis Domini Nostri Jesu Christi favebant, memoratus Antonius episcopus ad augendum illorum numerum, eorumque ad promovendum divinum cultum, ardorem magis magisque confovendum, illustria suorum prædecessorum episcoporum Samogitientium exempla sectans, qui plura eidem conventui largiti sunt bona, ut sunt Casimirus Pac anno MDCLXXII. Joannes Zaiorski anno MDCCXI. et Alexander Korain anno MDCCXXV. nedum illorum donationes confirmavit, verum etiam in mense julii anni MDCCLII. approbante, ac consentiente capitulo ecclesiæ Samogitiensis nonnulla alia bona ad suam episcopalem mensam spectantia eis donavit, prout constat ex actu ipso donationis tenoris, qui sequitur.

Tenor donationis factæ ab episcopo Samogitiensi.

§. 3. Antonius Dominicus comes in Zohoysk et Bardyezou Tyszhicwicz Dei, et apostolicæ Sedis gratia episcopus Samogitiæ, eques ordinis albæ aquilæ in regno Poloniæ.

Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet in futurum interesse poterit, præsentes literas nostras perpetuo valituras lecturis, auditurisque, aut visuris salutem in Domino. Spatia dilatatæ erga cultum Dominicum

charitatis, et piæ vestigia largitatis optatissimæ recordationis Georgii Tyskiewicz primum Samogitiensis deinde Vilnensis episcopi proavi nostri pro modulo sectantes in conventu Calvariensi ordinis Prædicatorum loco antiquæ angustioris lapsu temporum ad ruinam inclinatæ angustiorem et ampliorem ecclesiam excitavimus, et dedicavimus. Sed cum ipsi admodum reverendi patres ordinis Prædicatorum in bonis mensæ episcopalis Gordy, seu Calvaria nuncupatis fundati inibi degentes memoriam passionis Domini Nostri Jesu Christi sedulo promoventes ad commoditatem populi numerose illuc confluentis ipsi in vinea hujusmodi strenui operarii numero augeri cupiant, prout et auctos hac donatione nostra volumus, angustias vero loci summas patiantur: *ad exemplum illustrissimorum prædecessorum Nostrorum Casimiri Pac sub dato anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo mensis aprilis quinta die, Joannis Zaiorskii sub dato anno Domini millesimo septingentesimo undecimo die quinta augusti, Alexandri Korain sub dato anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio aprilis vicesima quarta die factæ ampliationis auctoritate nostra ordinaria confirmantes, requisito, et obtento consensu venerabili capituli nostri* Pascua aulæ episcopalis Gordensis patribus ordinis Prædicatorum Calvariensibus communia, et indistincta facimus, fundumque protendimus, et ævum attribuimus in hac circumferentia: ab occasu solis hyemali a flumine Vardava dicto penes montem, ubi sita est cappella Ananiæ cum eodem monte inclusivo, ab aquilone via veteri, quæ ducit Siaclos pergendo non ita procul ad aliam viam Gordos ad dexteram tendentem directe ad collem nativa lingua Sakata Kalnas vocitatum, ab ortu ab eodem colle prope Pascua aulæ directe ad fluvium superius nuncupatum Vardava, qui et a primæva fundatione possessionem pp. Calvariensium cum aula limitat, a meridie idem fluvius ad pontem sub palatio nostro erectum limites agit, prout fusius, et expressius circumscribitur, scopulisque indicatur in literis dislimitationis authenticis per commissarios, alterum ex latere nostro videlicet illustrissimum dominum Karolum de Henning vexilliferum S. R. Majestatis Calvariensem, et Elsiadensem gubernatorem, alterum perillustrem et admodum reverendissimum dominum Matthiam Stecki canonicum cathedralis Samogitiensem procuratorem pro tunc capituli a capitulo designatos sub dato anni millesimi septingentesimi quinquagesimi secundi mensis julii quarta die factæ. In hac itaque circumferentia terras utiles, et inutiles perpetuo dedimus, donavimus, et attribuimus, volumusque, ut præsentes nostræ robur perpetuæ firmitatis habeant. In quorum fidem dabantur Elsiadis in palatio nostro episcopali anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo mensis julii sexta die.

Antonius Tyszkiewicz episcopus Samogitiæ.

Anno Domini MDCCLII. in generali capitulo pro festo sanctorum Petri, et Pauli apostolorum celebrari solito die 8. julii hocce privilegium per reverendum patrem priorem præsentatum, et subscriptum manibus nostris subscribimus.

Josephus Ciechanowiscki canonicus cathedralis Samogitiæ nomine venerabilis capituli.

Matthias Stecky uti præsidens m. p. canonicus cathedralis Samogitiensis procurator reverendissimi capituli præpositus Turronensis.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut memorati prior, ac fratres ultimam, cæterasque in ea confirmatas donationes ad apostolicarum constitutionum præscriptum apostolico indulto, ac auctoritate, ut firmius subsistant, et serventur exactius communiri summopere desiderent. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, præinsertum actum donationis, omniaque in ea contenta auctoritate apostolica confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, te facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, vel in- Tenor apostolicæ confirmationis.

tervenisse dici, et censeri posset, supplemus, atque sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ ecclesiæ Samogitiensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima junii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimoquarto.

## DCCIV.

Dat. die 27. junii 1788 anno XIV.

Collegio missionum fratrum minorum sancti Francisci observantium in oppido de Vinhaes in diœcesi Brigantiensi tribuuntur privilegia, quibus potiuntur collegia de Bracannes, et de Varatojo.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum, et ratio concessionis.

§. 1. Alias pro parte dilectorum filiorum superioris, et fratrum collegii missionariorum oppidi de Vinhaes ordinis minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum nuncupatorum Brigantiensis diœcesis congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum exposito, collegium hujusmodi cujus erectio a fel. rec. Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostro per apostolicas suas in simili forma Brevis die 20 februarii 1755 expeditionem, et disciplinam necessariæ sunt jam instructum reperiri, ac propterea, nec non ad magis magisque excitandum missionariorum hujusmodi studium valde profuturum si privilegia, quibus ex apostolica largitate gaudent collegia de Bracannes, et de Varatojo dicti ordinis in Portugalliæ regno, nec non missionarii Hispaniarum, et Indiarum in favorem primodicti collegii extenderentur eadem cardinalium congregatio, referente dilecto filio magistro Stephano Borgia ejus secretario, et audito voto dilecti filii Nostri Vincentii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Ranzzi nuncupati tunc Nostri, et apostolicæ Sedis in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum nuntii censuit Nobis esse supplicandum, ut ad prædictum collegium de Vinhaes, privilegia omnia, gratias, et indulta a rec. mem. Innocentio XI. Clemente etiam XI. et Benedicto XIV. prædicto Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris missionum collegiis concessa, et quibus conventus de Varatojo, et de Bracannes actu potiuntur, et gaudent, dummodo tamen in eo statuta, leges, et conditiones pro memoratis duobus collegiis de Varatojo, et Bracannes præscriptæ, ea qua decet sedulitate servarentur extendere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur superiorem, et fratres prædictos specialibus gratiis, et

favoribus proſequi volentes, et eorum ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti, aliisque eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de cauſa latis, ſi quas incurrerunt, hujus tantum rei gratia abſolventes, et abſolutos fore cenſentes ſupplicationibus deſuper Nobis nuper porrectis inclinati privilegia omnia, gratias, et indulta, quæ memorati Innocentius XI. Clemens XI. et Benedictus XIV. Romani pontifices prædeceſſores Noſtri collegiis miſſionum conceſſerunt, et quibus conventus de Varatojo, et de Bracannes actu potiuntur, et gaudent ad primodictum collegium de Vinhaes, dummodo tamen in eo ſtatuta, leges, et conditiones pro memoratis duobus collegiis de Varatojo, et de Bracannes præſcripta ea qua decet ſedulitate ſerventur auctoritate apoſtolica tenore præſentium extendimus.

Clauſula ſublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præſentes literas ſemper firmas validas, et efficaces exiſtere, et fore ſuosque plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere, ac illis ad quos ſpectat, et pro tempore quandocumque ſpectabit, pleniſſime ſuffragari, et ab eis inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam cauſarum palatii apoſtolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, et ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die viceſima ſeptima junii milleſimo ſeptingenteſimo octuageſimo octavo, pontificatus Noſtri anno decimo quarto.

## DCCV.

Dat. die 4. julii 1788 anno XIV.

Suppreſſio congregationis antiquæ, ſeu communis obſervantiæ in ditione regis chriſtianiſſimi exiſtentis.

Venerabilibus fratribus archiepiſcopis, et epiſcopis in regnis chriſtianiſſimi Galliarum regis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres
Salutem, et apoſtolicam benedictionem

Procemium.

§. 1. Permulta, atque præclara regularium ordinum in chriſtianam rempublicam merita, quæ, et in ſalutem animarum, et in religionis cultum, et in proximorum ædificationem longe, lateque dimanant, ita ſummorum pontificum curam, atque ſollicitudinem in omni tempore excitarunt, ut et ad illorum decus amplificandum propagandumque, et ad nominis celebritatem tuendam, et ad inſtaurandum, reſtituendumque, ſi quid aut vetuſtate imminutum, aut rerum humanarum viciſſitudine contractum ſit modis omnibus adlaboraverint, nec illum unquam ex dictis religioſorum cœtibus, atque familiis funditus interire, penituſque extingui paſſi ſunt, niſi cum aut in anguſto verſari, aut eorum res, ſpesque omnes adeo peſſundatas, labefactasque cognoverint, ut nullo prorſus pacto poſſent ulterius conſiſtere.

Laudes, et privilegia congregationis Cluniacenſis narrantur, et ſimul refertur ſtatus noviſſimæ diſperſionis quo reperitur in univerſa Gallia.

§. 2. Nuper quidem accepimus ex parte cariſſimi in Chriſto filii Noſtri Ludovici Galliarum regis chriſtianiſſimi pervetuſtam, multiſque nominibus inſignem ordinis Cluniacenſis congregationem antiquæ, ſeu communis obſervantiæ nuncupatam ab ordinariorum juriſdictione exemptam, et ſanctæ Sedi immediate ſubjectam, unde plures Romani pontifices, et innumeri pene ſanctitatis, doctrinæ, omniumque virtutum laude præſtantes viri prodiere, de qua non immerito dici poſſet mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, temporum injuria, omniumque rerum inopia eo ferme compulſam, ut quamquam felicis recordationis Clemens XIV. prædeceſſor Noſter impendentem illius interitum perſpexerit, et licet ipſi religioſi, quo ſtudio, et pietate erga ipſam congregationem adhuc fervent, opera, conſilio, habitiſque deſuper comitiis generalibus die ſexta maii MDCCLXXXVII. ſibi ipſis non defue-

rint, quo tantum malum averterent prout etiam si licuisset, intra pauca monasteria secedere, ut totius congregationis eversio, si fieri posset, impediretur, tamen nulla spes affulserit, ad illius instaurandas rationes, servandumque regularem statum, tum quia biscentum fere religiosi impares prorsus habentur ad incolenda triginta octo monasteria in Galliis dispersa, et ad ea implenda munia, quibus juxta votorum nuncupationem regularis vitæ disciplinam, et instituti leges tenentur, tum quia fatiscentibus ejusdem congregationis ædibus, atque monasteriis, neque satis tutum exhibent religiosis hospitium, neque sine maximo sumptu refici, habitarique possunt, tum demum quia tenues admodum, implexique ejusdem congregationis redditus immanibus prope reparationis ædificiorum sumptibus, aliisque impensis pro restituenda in pristinum conventualitate, vitaque communi, necessariis, novisque oneribus ob auctam in Galliis parochorum congruam sustinendis nequaquam suppetunt; proindeque prædictus rex christianissimus Nobis significaverit optimum fore, si ejusdem congregationis Cluniacensis antiquæ observantiæ religiosos in tot ærumnis, ac calamitatibus constitutos congrua ad singulis vitam præfinita pensione ab instituti regularis lege absolvere, et bona ad dictam congregationem quomodolibet pertinentia in alios pios usus convertere, ac præcipue illarum diœcesum, ubi eadem bona sita sunt, commoditati, atque utilitati attribuere, et consignare de benignitate apostolica dignaremur.

Suppressio, et extinctio ipsius congregationis

§. 3. Nos igitur prædicti regis christianissimi de catholica religione non secus, ac de Sede apostolica egregie meriti, votis, quantum cum Domino possumus, obsequi volentes, cum palam sit, prædictam congregationem Cluniacensem antiquæ observantiæ ab ordinariorum jurisdictione exemptam, et sanctæ Sedi immediate subjectam religiosorum numero valde imminuto modico censu ditatam, collabentibus ædibus, ac monasteriis, disjectisque bonis, eo prorsus redactam, ut deficiente præsertim conventualitate, ac vita communi, sine quibus neque statuta ordinis exequi, neque claustralia officia obire licet, præclusoque undique disciplinæ regulari aditu, non posset amplius subsistere, attendentes insuper in irritum cessisse consilia, conatusque omnes, quibus et fel. rec. Clemens XIV. prædecessor Noster, et præsentes monachi periclitanti congregationi opem ferre, eamque fulcire, atque erigere frustra adnisi sunt, freti quoque quorumdam venerabilium fratrum episcoporum testimonio, atque in præmissis dilecti filii Nostri Dominici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de la Rochefoucauld nuncupati ex indulto, et dispensatione apostolica archiepiscopi Rothomagensis, qui cum abbatiam caput ejusdem ordinis Cluniacensis strictioris observantiæ addictam in commendam obtineat, eadem prorsus de monachorum congregationis antiquæ observantiæ, paucitate, conventualitatis defectu, aliisque supra præmissis Nobis retulit; animo demum reputantes, quod extincta etiam, atque suppressa dicta congregatione antiquæ observantiæ, non omnis propterea intercidat, pereatque Cluniacensis ordinis laus, atque memoria, cum ad illius nomen, decusque sustinendum, reparandumque jamdiu succreverit in Galliis, modoque floreat, et vigeat, alia Cluniacensis congregatio strictioris observantiæ nuncupata; hinc supradictis omnibus causis, rationibusque adducti, atque permoti conciliorum generalium decretis innixi, et prædecessorum Nostrorum in hujusmodi casibus exempla sectantes, omnesque, et singulas personas, quorum favorem præsentes Nostræ literæ spectant, atque concernere possunt a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memorati Ludovici regis christianissimi precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitatibus vestris, in quarum prudentia, fide, religione plurimum in Domino confidimus per præsentes committimus, et mandamus, ut unusquisque vestrum accersitis omnibus, quorum interest, domos, seu monasteria ordinis, et observantiæ præfatorum in vestris respective diœcesibus existentia, illorumque conventualitates ac mensas capitulares auctoritate Nostra apostolica supprimatis, ac extinguatis, ac suppressa, et extincta esse, et fore decernatis. Nos enim ordinem communis, seu antiquæ observantiæ, prædictum una cum omnibus ejus claustralibus ministeriis, omnique conventualitate, titulo, essentia, institutis,

regularibus, denominatione, tenore præsentium perpetuo extinguimus, supprimimus, et abolemus.

Provisiones captæ favore monachorum.

§. 4. Vobisque præterea eadem auctoritate injungimus, ut omnes, et singulos sic suppressi ordinis, et congregationis religiosos, seu monachos, qui alias in eam professionem regularem emiserunt ab omni statutorum, ac constitutionum, regularumque quarumlibet observatione, onere, ac statu regulari respective eximatis, et liberetis, ac exemptos, et liberos esse, et fore declaretis; ita tamen ut sarta tectaque eis serventur privilegia omnia, indulta, exemptiones, libertates, prærogativæ, honores, emolumenta, ac gratiæ quæcumque spirituales, temporales, et mixtæ, quæ a sancta Sede, aut aliter concessæ fuere monasteriis dictæ observantiæ, aut illius religiosis, et iis, qui ad ea quomodocumque spectant, dummodo tamen revocatæ non sint, neque sacris canonibus, aut constitutionibus apostolicis, et concilio Tridentino, et illarum statui sæculari, vel præsentium Nostrarum literarum dispositioni contrarium non sit, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, proprietatibus, actionibus, quæ alias in illorum utilitatem canonice applicata fuere, quæque ad eos pertinent in regnis christianissimi Galliarum regis, vel inibi in futurum per apostolicas concessiones quomodolibet pertinere poterunt, eisque, ut dimisso habitu regulari ordinis, et observantiæ præfatorum omissio, jejuniis, aliisque usibus, ac legibus a regula, quem professi sunt præscriptis, retento dumtaxat voto castitatis, institutaque vivendi ratione, divinorumque officiorum celebratione, quæ a presbyteris sæcularibus servari solent in habitu presbyterorum sæcularium hujusmodi sub jurisdictione, ac obedientia episcopo debita, intra cujus diœcesis fines juxta illorum beneplacitum commorari contigerit, nec non annuas, ac vitalitias pensiones eis, ut infra assignandas, atque omnes ecclesiasticos redditus, quos nunc obtinent in prædictis regnis, utendi, fruendi, ac in suos usus, ac utilitatem convertendi plenam, et omnimodam facultatem eadem auctoritate concedatis.

Distributio beneficiorum a monachis possessorum.

§. 5. Insuper ex speciali favore, et sanctæ Sedis gratia religiosis hujusmodi, ut etiam postquam erunt ad statum presbyterorum sæcularium translati, omnia beneficia ad dictum ordinem Cluniacensem, et sancti Benedicti, ut supra extinctum, atque suppressum, vel quomodolibet nunc canonice spectantia, et ab ipsis religiosis ad præsens possessa, vel ad quæ jus habent in iisdem regnis sint ea monasteriis, in quibus ipsi resident spectantia, sive monasteriis jam pridem legitime suppressis, aut unitis spectaverint, ac etiam nova in titulum, et commendam apostolica concessione adhuc, ut prius retinere, nec non ut omnibus annuis pensionibus, quæ alias super fructibus, redditibus, ac proventibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum eis fuerunt reservatæ, ac constitutæ, ut prius frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus. Præterea eosdem religiosos post secularizationem prædictam ad omnia alia, ac quæcumque obtinenda beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura animarum sint ea sæcularia, vel cujuscumque ordinis regularia, dummodo tamen sæcularia in titulum, et regularia, prævia apostolica dispensatione in commendam eis conferantur, et non excedant numerum a concilio Tridentino præscriptum, etiam si quoad beneficia sæcularia essent canonicatus, præbendæ, dignitates majores, personatus, administrationes, et officia cum cura animarum, et electiva in cathedralibus, et metropolitanis, capitulis, et ecclesiis parochialibus, aut vicariis perpetuis consistentia, et quoad beneficia regularia, licet essent abbatiæ, prioratus conventuales, et electivi, dummodo ad illos sint canonice electi, vel præsentati, et instituti, et in commendam auctoritate apostolica, ut præfertur, collata; ita ut illorum fructus, ac redditus percipere, exigere, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere, ac licite possint, et valeant, non secus, ac presbyteri seculares habiles, ac capaces dicta auctoritate tenore præsentium facimus, et declaramus; immo ut omnes omnino pensiones, quas in posterum eis ex apostolica auctoritate super fructibus, redditibus, ac proventibus, nec non quotidianis distributionibus omnium, et quorumcumque beneficiorum reservari, constitui, et assignari, seu in eos transferri contigerit consequi, et obtinere libere, ac licite possint et valeant auctoritate, et tenore præsentium concedimus.

Concessio juris disponendi de bonis ad monachos spectantibus, et non compre-

§. 6. Ipsis tandem, ut de omnibus bonis suis, tam acquisitis, quam in futurum etiam ex voluntariis specialibus, singularibusque dispositionibus acqui-

bensis in renunciationibus emissis occasione professionis monasticæ.

rendis, quin tamen succedere ab intestato, aut legitimam, aliaque jura, quæ vel jam sunt purificata, vel in futurum favore propinquorum ob emissam ab eis regularem professionem erunt purificanda petere possint, tam inter vivos, quam causa mortis, etiam in ultima voluntate, ac in una, seu pluribus vicibus favore quorumlibet factionem passivam testamenti habentium quandocumque eis videbitur testari, seu disponere valeant, quamcumque necessariam, et opportunam facultatem tribuimus, et impertimur.

Applicatio bonorum spectatorum suppressæ congregationi.

§. 7. Post vero vobis mandamus, ut omnia bona, fructus, redditus, jura, emolumenta, actiones quomodolibet ad supradictas suppressas mensas conventuales, nec non officia claustralia eis unita quomodolibet spectantia in regnis tamen ejusdem regis christianissimi consistentia variis ecclesiasticis, seu mixtis institutis ope aliqua, aut dotatione indigentibus, ac in vestris respective diœcesibus existentibus auctoritate præfata applicetis, ac uniatis, ac dicta instituta ecclesiastica, seu mixta, cuilibet ex dictis religiosis, sequuta sæcularizatione hujusmodi, annuam vitalitiam congruam pensionem, quæ habita ratione ad illorum ætatem, infirmitates, dignitatesque, et officia, quibus functi sunt in religione, erit præfinienda, persolvere, nec non onera fundationum, tum mensarum, ac officiorum conventualium adimplere salvo jure tertii teneantur. Nos enim vobis omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem eadem perducenda pertinent faciendi, gerendi, atque exequendi, ac exequi mandandi, quæcumque pro locorum, rerumque circumstantiis componere, ac constituere, pro vestra prudentia magis in Domino salubriter expedire cognoveritis, nec non personas vobis benevisas, et in ecclesiastica dignitate constitutas subdelegandi facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes has præsentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula, ac quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac felicis recordationis Benedicti papæ XIV. super divisione materiarum, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum

derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

---

Dat. die 4. julii 1788 anno XIV.

## DCCVI.

Providentiæ pro utili manutentione bonificationis expletæ in terris comprehensis in sic dictis = *Paludi Pontine*=

### Pius PP. VI.

Motu proprio cc.

Memoratur quomodo restituta fuerit via Appia, et prædia nuncupata *Paludi Pontine* ad pristinam utilitatem revocata sint.

§. 1. La via Appia, e li terreni nelle Pontine restituiti all'antichissimo stato di utilità dopo essere stati per tanti secoli infelice preda delle acque stagnanti, non lasciano di tenere sempre più l'animo Nostro occupato a rivolgervi ogni particolar cura, e vigilanza. Quindi se ad onta dell' estreme difficoltà, un'opera sì vasta, e malagevole sarà compita in tutte le sue parti mediante le ulteriori idrostatiche operazioni entro il circondario Pontino, sarà oggetto di non minore importanza, ed a cui per tempo debbano diriggersi i più serj provvedimenti la successiva manutenzione di questa impresa, per la quale in appresso si determineranno gli opportuni regolamenti, e sulla quale dovranno anche interessarsi non solo gli enfiteuti delle terre Pontine tanto presenti, che futuri, ma ancora i contribuenti di diversi gradi, per il qual' effetto s' istituirà una sistemata congregazione, che incessantemente invigili alla esecuzione degli opportuni lavori.

Indigitantur remedia adhibenda ne opus tam momentosum negligentia custodiæ iterum in præceps prolabetur.

§. 2. Ma antivedendo, che qualunque più esatta diligenza si pratichi per mantenere espurgati gli alvei, e spedito il corso de'fiumi per ricetto, e scarico delle acque entro il circondario della prescritta bonificazione, non sarà mai sufficiente, se eguale non venga usata da coloro che posseggono le terre fuori del circondario medesimo presso ai fiumi tributari, come rilevasi dalla pianta ultimamente incisa da Carlo Antonini, e designata da Gaetano Astolfi, e non usino ogni maggiore, e preventiva attenzione, onde le acque di quelli vengano ben raccolte, e con regolarità incassate per sgorgare nei recettacoli a tal'effetto destinati sino al limite del detto circondario, che, come parte la più bassa, crasi perciò resa palude, altrimenti potrebbe l'opera di leggieri venir distrutta dall'altrui trascuratezza, o malizia.

Præcipitur ut omnes cujuscumque gradus subjiciant jurisdictioni congregationis specialis deputandæ.

§. 3. Pertanto volendo Noi seriamente impedire sì fatti pregiudizi, abbiamo giudicato cosa sommamente espediente alla più stabile conservazione dell' impresa, che dovunque si estendono le relazioni della bonificazione Pontina, e tutti coloro, che o per l' interesse vi contribuiscono, o per l'adiacenza suddetta vi potrebbero recare anche mediatamente qualche guasto, ed impedimento; perciò tutti i detti fiumi, canali, fosse, e scoli influenti nel circondario Pontino, e tutte le persone, alle quali incombe di custodirle siano ecclesiastiche privilegiate, privilegiatissime, e degne di espressa, e special menzione si assoggettano al descritto effetto in perpetuo, ed una sola economica, e privativa giurisdizione, onde nei modi più proficui possano prendersi le opportune risoluzioni, e vengano senza alcuna remora, ed ostacolo puntualmente da per tutto eseguiti.

Pro nunc jurisdictio privativa conceditur commissario, et R. P. D. thesaurario in gradu appellationis.

§. 4. Quindi di Nostro motu proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra podestà vogliamo, che non solo tutti gli enfiteuti, e tutti i possessori, coloni, lavoratori, e ministri, che sono, o saranno nel circondario della bonificazione Pontina, e tutti i siti compresi entro il circondario medesimo, e tutti i contribuenti, ma altresì tutti i possessori adiacenti ai fiumi, fossi, o ru-

scelli posti fuori del circondario, e per dovunque le acque o presentemente, o in qualunque tempo avvenire possono, o potranno in qualsivoglia modo conferire al vantaggio, o al pregiudizio, ed imbarazzo della bonificazione, o per l'espansione delle acque medesime, o per la irregolarità de'loro scoli, o per qualunque altra cagione tutte le suddette persone, e tutti i suddetti luoghi siano privativamente soggetti sempre al premesso effetto, e non altrimenti alla giurisdizione del commissario della bonificazione Pontina, da cui soltanto (ne' casi, ne'quali di ragione è permesso il ricorso, o l'appellazione) si potrà ricorrere, o appellare rispettivamente al Nostro tesoriere generale pro tempore senza ulteriore appellazione, o ricorso. A tale oggetto ancora concediamo al medesimo Nostro tesoriere generale pro tempore tutte le opportune facoltà, anche economiche, onde possa senza alcun'ostacolo procedere in ogni occorrenza contro tutti gli enfiteuti, loro ministri o coloni, e contro tutti i contribuenti, ed anche possessori adjacenti come sopra ad esclusione di qualunque altro tribunale anche privilegiatissimo, onde i suoi giudicati, ordini, precetti, risoluzioni, tanto giudiziali quanto estragiudiziali, ed economici, ed anche per via criminale, ove occorra, vengano esattamente, e puntualmente eseguiti.

Eisdem conceditur etiam facultas perficiendi reparationes, sumptibus cujus de jure, et cum privilegio manus regiae pro recuperatione impensarum.

§. 5. E siccome alcune operazioni per le manutenzioni dei fiumi, e canali esiggono una pronta speditezza, così trascurandosi nell'eseguire, o porvi gli opportuni ripari, e rimedj dopo il primo avviso, che loro verrà avanzato estragiudizialmente in scritto dal giudice commissario per la bonificazione, o da monsignor tesoriere generale, diamo, e concediamo ogni facoltà di farli subito eseguire a spese di chi contraverrà agli ordini datigli facendo chiudere, riparare, rimuovere dagli alvei, e fondi di detti fiumi, canali, e scoli ogni impedimento, e tutt'altro che possa occorrere a scanso di ogni pericolo di espansione di acque con astringere gl' interessati adiacenti, ed ogni altro a cui incomberà tal peso al pronto pagamento con mano regia more camerali, senza che debba precedere altra giudiziale interpellazione, acciocchè dalla loro indolenza, o mancanza non venga danno all' inferior circondario. Confermando Noi fin da ora, conforme rinnoviamo, e confermiamo la privativa giurisdizione nel commissario pro tempore, le medesime facoltà, immunità, privilegi, giurisdizioni, autorità, e tutt' altro specialmente, ed ampiamente accordato, e conceduto nelle deputazioni e suddelegazioni col Nostro oracolo fatto li 20 marzo 1778. il 12 giugno detto anno alle quali ec.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di motu proprio, benchè non sia ammessa, nè registrata in camera, e ne'suoi libri secondo la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis* vaglia, e debba aver sempre in futuro tempo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre di surrezione, e di alcun'altro vizio, o difetto della Nostra volontà, o intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale benchè collegiale, e composto dei reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, ed autorità di giudicare, ed interpretare diversamente, e fin da ora dichiariamo nullo quanto si giudicasse, interpretasse, e facesse in contrario, ancorchè non ci sia stato chiamato, nè sentito, nè ci abbiano prestato l'assenso monsignor commissario della Nostra camera, le comunità, università, loro uomini, e consiglieri, e difensori, che potessero aver cause riguardanti i loro interessi relativamente al detto circondario Pontino, tanto universalmente, che specialmente, ed altre qualsisieno persone.

Derogatio contrariorum.

§. 7. E non ostante ancora la citata Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quaesito non tollendo*, e qualsivogliano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori con qualsisiano clausole insolite, e derogatorie, e delle quali abbisognasse farne individua menzione, usi, e stili, consuetudini, e qualunque altra cosa che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali cose tutte, e singole avendone il tenore qui espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra podestà ad ogni vizio, e difetto, anche sostanziale, che potesse mai in avvenire incontrarsi all'effetto suddetto pienamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 4 luglio 1788.

PIUS PP. VI.

Dat. die 8. julii 1788 anno XIV.

## DCCVII.

Confirmantur quædam capitula, et decretum provinciæ utriusque Castellæ fratrum ordinis B. M. V. de Monte Carmelo.

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Postquam Deo placuit omnipotenti, qui ex summa misericordia, et bonitate sua vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt humilitatem Nostram ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore officii nostri partes esse intelleximus, ut studia, vigiliasque Nostras ad ea quoque, per quæ prospero illorum Christifidelium, qui in religione Deo proprius famulari susceperunt, statui consulitur, impenderemus. Quamobrem illis petitionibus, quæ ad alicujus regularis ordinis bonum pertinere noscuntur, congruum Nos libenter impertimur suffragium.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod Nos alias ejusdem regis catholici precibus annuentes, quo in capitulo provinciali fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo de observantia nuncupat. provinciæ utriusque Castellæ 1785. habendo, sed postmodum ad aliud tempus protracto, omnia in pace fierent, et quo insuper aliæ Nostræ in simili forma Brevis die xxi. januarii MDCCLXXXIII. expeditæ literæ, in quibus tripartita in officiis dictæ provinciæ statuebatur ad plenum ac optatum finem adducerentur dilectum filium Petrum Joachimum de Marcia archidiaconum sancti Philippi, quæ est dignitas metropolitanæ ecclesiæ Valentiæ regium a consiliis in supremo consilio Castellæ, et collectorem generalem spoliorum, et vacantium beneficiorum in præsidentem dicti capituli deputavimus, eique insuper præter facultates solitas, et consuetas, quatenus provinciæ prædictæ utile futurum fore pro sua prudentia arbitraretur, etiam provincialem, et definitores dictæ provinciæ pro illa vice tantum auctoritate Nostra apostolica nominandi, et deputandi, aliaque omnia, quæ ad rectam ejusdem provinciæ administrationem, et pacificam capituli prædicti celebrationem quomodolibet spectare possent, faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi plenam, et amplam facultatem impertiti sumus, prout in Nostris hisce desuper in simili forma Brevis die decima nona aprilis MDCCLXXXV. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Actus præparatorii capituli generalis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo memoratus Petrus Joachimus huic a Nobis, ut præfertur, sibi injuncto oneri sedulo, accurateque faceret satis in primis commissionem suam hujusmodi per magistrum priorem provincialem tunc existentem, quibus intererat significavit, subinde capitulum provinciale hujusmodi tertia dominica post Pascha Resurrectionis anni MDCCLXXXVI. in conventu de Valdemoro juxta inductam consuetudinem, ubi ex communi sententia futurus magister provincialis de Castella Nova assumendus sit, indixit, ac per organum ejusdem provincialis supplicationes in conventibus utriusque sexus dictæ provinciæ, et exercitia spiritualia ad felicem dicti capituli exitum, ac pacis, et tranquillitatis in eadem provincia reintegrationem obtinendam decrevit. Congregatis porro vocalibus in aula capitulari dicti conventus de Valdemoro die quinta maii MDCCLXXXVI. publicatisque prædictis Nostris apostolicis literis, omnes se faciles, et alacres ad ea, quæ ab iisdem literis erant præscripta præbuerunt, quapropter ea, qua par erat methodo acceptum est, agi conventus capitulo præparatorios, et primum quidem ipso Petro Joachimo proponente, in judices causarum civilium dilecti filii Michael de Azero, et Franciscus Antonius Salinero: in judices criminales Eugenius Jordan, et Christophorus Guitierez; in tabellarum missarum defunctorum revisores Hieronymus Hernandez, et Michael Ronda omnes fratres dicti ordinis expresse professi, ac magistri, et demum a secretis capituli Franciscus Perez frater itidem expresse professus, ac dicti ordinis magister, nec non theologiæ antecessor in universitate studiorum Salamantin. electi fuere; dati, et accepti rationes postmodum ab omnibus prioribus fuerunt requisitæ, ac discussæ; altera vero die postquam solemni ritu missa votiva sancti Spiritus decantata fuerat, effusis consuetis precibus, cæterisque servatis canonicis formalitatibus, dictus capituli præses Petrus Joachimus dilectos filios dicti ordinis pro-

fessores, et magistros Joannes de Arteaga in primum definitorem; Hieronymum Galan in secundum definitorem; Leonem Gonzalez in tertium definitorem, et Josephum Alvarino in quartum definitorem; ac tandem Martinum Diaz in priorem provincialem dictæ provinciæ auctoritate Nostra apostolica nominavit, deputavitque, immo nomine etiam ipsius provincialis, qui eidem præsidenti suum jus nominandi socium, seu ab epistolis dicti officii permisit in socium hujusmodi dilectum etiam filium Stephanum de Bajas constituit; sicque omnia tranquille, ac concorditer in dicto capitulo peracta sunt. In proximis autem sessionibus in lectores pro tunc futuro capitulo generali dicti ordinis nominati fuerunt dilecti filii Michael de Acero, et Franciscus Garcia Cañivano, utrique ejusdem ordinis professores, ac magistri, et quorum primus in universitate Complutensi, alter in universitate Salamantina antecessores, seu cathedratici erant, ac in eventu, quod alter eorum, vel utrique ante capitulum generale hujusmodi mortem obiissent, in locum demortui dilecti itidem filii Didacus Cano pro Castella Nova, Joannes Baptista Gonzalez pro Castella Veteri cooptati sunt; in custodem vero dilectus itidem Jacobus Montes electus est, et in locum prioris provincialis, si contingeret eum mori, designatus est dilectus filius Christophorus Gutierez, qui omnes professores erant, ac magistri dicti ordinis. Posthæc definitorium provinciale simul cum dicto præsidente de providendis prioratibus, et subprioratibus, aliisque officiis dictæ provinciæ consuluit; unanimique consensu pro Castella Veteri dilectos filios fratres Joannem Lopez del Pozzo magistrum in priorem conventus Segobiensis, et Augustinum Miqueles in subpriorem; Julianum Martinez magistrum in priorem conventus Salamantini, et Isidorum Gutierez in subpriorem; Emmanuelem Petit prædicatorem jubilatum in priorem conventus de Valderas, et Franciscum Zambranos in subpriorem, Matthæum Revordinos in priorem conventus nostræ Dominæ de los Valles, et Joannem Arias in subpriorem; Emmanuelem Arias lectorem in priorem conventus de Medina, et Gregorium Gonzalez Castaño in subpriorem; Emmanuelem Serrano magistrum in priorem conventus sancti Pauli de la Moralesa, et Josephum a sancta Helena in subpriorem; Antonium Recaman magistrum in priorem conventus Vallisoletani, et Franciscum Roso in subpriorem; Emmanuelem Fernandez magistrum in priorem conventus Abulensis, et Aloisium Gomez in subpriorem pro Castella Nova; Didacum Cano magistrum in priorem conventus Matritensis, et Justum Ortes in subpriorem; Franciscum Lopez Bustos in priorem conventus de la Alverca, et Franciscum Barchino prædicatorem in subpriorem; Franciscum Salinero magistrum in priorem conventus Toletani, et Franciscum Rueda in subpriorem; Didacum Cuebas magistrum in priorem conventus de Valdeolibas, et Joannem Perez in subpriorem; Gabrielem Gallego magistrum in priorem conventus de Requena, et Blasium Ravâdan in subpriorem; tandem Joannem Mota in priorem conventus Complutensis, et Raymundum Rodriquez in subpriorem respective constituit, atque deputavit. Quibus omnibus rite confectis quo modo, et qua methodo, quibusve legibus conventus recollectorum ad tollendas graves inordinationes, quæ ab aliquibus suis consuetudinibus inferebantur, forent deinceps administrandi actum est; quamobrem cum in provincia Castellæ Novæ duo dumtaxat existerent conventus recollectorum de Pielago scilicet, et Valdemoro, quibus vigore dictarum nostrarum literarum de ac super tripartita anno MDCCLXXXIII. expeditarum alter conventus sancti Pauli de Moralesa pro Castella Veteri esset adjunctus, illud compertum fuit, quod dum aliqui a die usque sui ingressus dictis conventibus addicebantur, ipsis facilitas, ac commodum suscipiendi cursum literarium deerat, quodque non raro in eis religionis studium, ac vires, quæ ad custodiendam regularem disciplinam in hisce conventibus necessario prærequiruntur desiderabantur; contra vero, cum pro iis fratribus, qui religionis zelo incensi strictiorem vitæ rationem suscipere, illucque confugere desiderassent, ac in illorum defectu propriis, qui cæteroquin regulariter, ac prudenter viventes dictis conventibus a suis superioribus ob rerum circumstantias essent destinati, vel etiam pro iis, qui ob illorum degenerem vitam sub rigidiorem regularis disciplinæ observantiam essent redigendi conventus hujusmodi constituti viderentur: hinc provinciale definitorium prædictum omnes fratres conventus de Valdemoro collegio, seu conventui Matritensi, conventus de Pielago collegio, seu conventui Toletano univit, atque aggrega-

vit; statuitque præterea, ut in posterum nullæ filiationes pro conventibus recollectionis essent admittendæ, ut hinc facilius fas esset omnibus fratribus dictæ provinciæ, ut præfertur, approbantibus suis provincialibus, et intra congruum viribus dictorum conventuum numerum, illuc confugere; ac tandem ob novam formam, quæ hisce conventibus recollectionis constituta erat, et ad præcavenda incommoda, anxietates, et regularis observantiæ defectus, quæ ab electionibus suorum priorum, ac communitatibus conventuum de Pielago, et Valdemoro factis hucusque exorta erant, decrevit dictum definitorium, ut his communitatibus nullum deinceps jus esset nominandi, et eligendi suos priores, ac subpriores, sed illi a definitoribus provinciæ, sicuti semper, et in more adhuc erat pro conventu recollectorum sancti Pauli de la Moralesa, in posterum nominarentur. Dein vero dilectos filios Franciscum de sancto Francisco in priorem conventus de Valdemoro, et Joannem de sancto Antonio in subpriorem, Cirillum de Sancto Bartholomæo in priorem conventus de Pielago, et Bartholomæum de Angelis in subpriorem deputati fuerunt; ac eventui, quo alter ex dictis quatuor definitoribus, ut supra deputatis e vivis decederet, consulere volens memoratus Petrus Joachimus dilectos filios magistrum Emmanuelem Huerta in locum primi definitoris; Augustinum Vidal in locum secundi, magistrum Chistophorum Gutierez in locum tertii, et Petrum Gatan in locum quarti definitoris suffecit. De reformationis autem articulis, de debita regularium, ac constitutionum custodia, deque aliis rebus meliorem conventuum administrationem; studiorum, ac applicationis religiosorum methodum spectantibus, cum tandem aliquando sermo factus sit, toties memoratus Petrus Joachimus præsidens aliqua gravia capitula quæ debitum Dei cultum, in regem observantiam, ordinis bonum, et reipublicæ utilitatem respiciebant, ut de iis definitorium provinciale sedulo, ac diligenter cognosceret, exposuit, quorum discussio, ut res postulabat, cum maturate fieri non posset, unanimi consensu definitorium provinciale ad conventum Matritensem translatum est, ubi omnibus perpensis, primum quidem definitorium prædictum die prima septembris anni MDCCLXXXVI. definite declaravit, dein memoratus Petrus Joachimus per suum decretum die duodecima ejusdem mensis evulgatum statuit perpetuis futuris temporibus servanda esse proposita capitula, ac decretum de ac super studiis, ac in concessionibus jubilationis, et graduum cathedræ, et pulpiti publicatum, quæ sunt tenoris qui sequitur.

## CAPUT I.

*De observantia regulæ, et statutorum quoad assistentiam horis canonicis, cæterisque spiritualibus exercitiis.*

*De observantia regulæ, et statutorum quoad assistentiam horis canonicis, cæterisque spiritualibus exercitiis.*

§. 4. Cum sit adeo justa, et necessaria religiosorum assistentia horis canonicis, missæ conventuali, et anniversariis, orationi mentali, cæterisque spiritualibus exercitiis, prioribus, et subprioribus minime exceptis, qui excusationes voluntarias, vel simulatas ullius religiosi carentis legitima exceptione sibi a legibus ordinis concessa, ac pro vera, non autem voluntaria necessitate minime admittant, admodum reverendissimum definitorium statuit, quod in posterum quidquid nostræ sanctæ leges præceperunt, atque mandarunt, servetur, injunxitque, prout revera districte injungit patribus prioribus, et subprioribus quotidianum mentalis orationis exercitium utpote præcipuum nostri instituti objectum, ac etiam quod habeantur capitula culparum ad regulæ præscriptum: decrevit insuper, quod in conventibus recollectionis præter generalem observantiam cuncta adimpleantur religiosa exercitia, quæ pridem in usu erant, tum quoad vitam perfecte communem, tum quoad majorem clausuram, abstractionem, ac chori protractionem; et pro executione omnium, quæ in præsenti resolutione quoad hujusmodi caput statuta sunt, præ oculis habeantur, serventur, et custodiantur sanctiones nostri reverendissimi Chizola in suis decretis de reformatione pro provinciis Hispaniæ cap. 1. numeri 2. 3. 10. et 11., nec non constitutiones generales reverendissimi nostri Carnales cap. III. parte I. uti etiam cap. VII. et XI. Regulæ denique decreta de reformatione ejusdem reverendissimi Chizola cap. III. num. 6. super quibus sedulo vigilet admodum reverendus pater provinciæ moderator in visitationibus, hic enim admodum reverendum definitorium certiorare debet, quinam sit superior ab eo in aliqua supradictorum omissione deprehensus, ut irrimisibiliter privationis pœna puniatur.

## CAPUT II.

*De gravitate, et modestia in celebratione divinorum officiorum servanda, ac de providentiis suscipiendis pro hujusmodi observantia.*

De gravitate, et modestia in celebratione divinorum officiorum servanda, ac de providentiis suscipiendis pro hujusmodi observantia.

§. 5. Super hoc decrevit admodum reverendum definitorium patres priores, et subpriores majori quo poterunt zelo, et vigilantia curare debere, ut missæ cum cantu, horæque canonicæ debita pausa, modestia, et gravitate persolvantur, servando, et servari faciendo quidquid in rubricis, et cæremoniis ordinis legitur præscriptum.

Sancivit pariter, quod patres priores studeant quoque, ut singuli religiosi sacrum peragant cum gravitate, et modestia insumendo saltem viginti minutorum spatium in missis lectis, acriterque moneant eos, qui in hoc cum detrimento propriæ conscientiæ, et magno populorum scandalo deficiant.

Statuit etiam, quod patres priores peculiarem curam habeant, ne in functionibus, quæ in eorum conventibus habentur, et celebrantur, ulla irrepat irreverentia, et confusio in ecclesiis cum abusu, et sub falso cultus, et devotionis prætextu.

Demum admodum reverendum definitorium stantibus indecentiis, perturbationibus, et abusibus expertis in hoc Matritensi conventu in die festo, et per totam octavam nostræ sanctissimæ genitricis de Monte Carmelo ratione musicæ, decrevit, ne perpetuis futuris temporibus quacumque ex causa, licet aliquis devotionis gratia, de proprio expensas pro musica persolvere intendat, vel musici gratis concurrere velint, musica aliqua cum instrumentis, et vocibus habeatur in præfata die nostræ sanctissimæ genitricis de Monte Carmelo, et in aliquo alio die infra ejus octavam, sed horæ canonicæ, missæ, et reliqua a communitate cum organo canantur, prout hoc anno evenit, sublata reverendis patribus provincialibus, et definitoriis super hoc dispensandi facultate.

## CAPUT III.

*De religiosorum egressibus, de modo, et circumstantiis, quibus eisdem egressus permitti poterit, et de religiosorum assistentia penes confessionalia, et apud morti proximos.*

§. 6. Super hoc decrevit admodum reverendum definitorium, ne religiosi egrediantur ad sacra peragenda extra ecclesias nostras, dummodo communitati ipsi onus non incumbat, nonnullas fundationes explendi, prout contingit communitati Vallisoletanæ quoad conventus Spiritus Sancti, et Lauræ, cum prohibitio religiosis egrediendi e conventibus ad celebrandas missas sit consentanea decretis laudati reverendissimi Chizola cap. IX. n. 7. et reverendissimi Rubeo pag. 12. n. 18.

De religiosorum egressibus, de modo et circumstantiis, quibus eisdem egressus permitti poterit, et de religiosorum assistentia penes confessionalia, et apud morti proximos.

Insuper statuit, nullum religiosum egredi posse sine socio a prælato designando prout decernunt decreta sanctæ memoriæ Clementis pp. VIII. de reformatione n. XIX. XX. et XXI.

Sancivit itidem neminem egredi posse, et deambulare per loca incolis frequentia cum cappa nigra, sed cum cappa, et capucio albo quemadmodum præscribunt constitutiones generales parte I. cap. VII. n. I. et III.

Statuit etiam nullum religiosum egredi posse e conventibus ultra duas vices per hebdomadam non jam diebus continuatis, nec sine justa causa, multoque minus in dominicis et festis diebus absque gravi necessitate prout injungunt constitutiones generales cap. VII. n. 2.

Decrevit insuper, ne ullus religiosus approbatus Christifidelium cujuscumque conditionis confessiones sacramentaliter excipere recuset juxta decreta reverendissimi Chizola de reformatione capite octavo numero decimo, quodque patres priores, cæterique superiores peculiari studio, et zelo curent, ne in singulis diebus, et præsertim in diebus festis, et dominicis desit in ecclesiis congruus confessariorum numerus prout tam populi, quam diei circumstantiæ exegerint, nullusque religiosus licet lector ille sit, vel magister, quatenus a priore, vel superiore destinetur, ab assistentia confessionali præstanda excusari ullimode se possit.

Denique decrevit, quod in qualibet hebdomada designentur, et adnotentur in tabella communi, cujuscumque conventus, duo confessarii pro as-

sistentia fidelibus in extremis laborantibus, quorum unus sit ex jubilatis, et magistris, et hic pro horis diurnis, et alter mediæ ætatis, et sufficienter validus pro horis nocturnis; semper autem pergant, in quantum fieri possit, cum socio. Totum enim id in hoc capite expressum omni studio ab admodum reverendo patre provinciali in visitationibus investigetur, significando quidquid super hoc ipse inspexerit, ut irremissibiliter officio privetur prior, vel subprior, qui ea omnia, quæ in præsenti capite statuta leguntur, in toto, vel in parte servari facere neglexerit.

### CAP. IV.

*De iis, quæ ministranda sunt sacerdotibus missæ celebrationi impeditis, uti etiam clericis, laicisque, et de cibo parando communitatibus.*

De iis, quæ ministranda sunt sacerdotibus missæ celebrationi impeditis, uti etiam clericis, laicisque, et de cibo parando communitatibus.

§. 7. Hac in re decrevit admodum reverendum definitorium, quod religiosis laicis, et clericis carentibus eleemosyna missarum, quæ conceduntur sacerdotibus pro vestiario, et communibus expensis singuli priores opitulentur eis, suppeditando quid quid necesse fuerit pro vestibus interioribus, et exterioribus, ac pro expensis non solum prioris, sed et clavariorum judicio, necessariis, quæ quidem methodus servetur erga sacerdotes, qui ex infirmitate, vel alia de causa a celebratione missæ impediantur, et ad hujusmodi effectum innotescat prioribus, et clavariis pro adimplemento cum advertentia, quod in visitationibus conventuum ab admodum reverendis patribus provincialibus explendis, et in definitorio annuali priores exhibere debeant testimonium a cunctis sacerdotibus impeditis, clericis, et laicis signatum de exacto hujus decreti adimplemento, et in casu contraventionis, admodum reverendus pater provincialis una cum definitorio irremissibiliter priorem, et clavarios ab officio deponat; totum enim nostræ sanctæ regulæ capite nono, ac decretis Clementis pp. VIII. numero octo congruit.

Pariter statuit admodum reverendum definitorium, quod religiosis universæ provinciæ ministretur victus in quantitate, et forma prout moris fuit in nova Castella, et huic quantitati se conforment veteris Castellæ priores etiam quoad acetaria cœnæ, et disculum prandii in feriis sextis, et in diebus abstinentiæ, sedulo curantibus superioribus, ut bene cibi condiantur, et panis ministretur bonæ qualitatis, ne religiosi molestia afficiantur; cum hæc omnia revera sint consona decretis Clementis VIII. numero decimo, constitutionibus generalibus parte prima, capite quarto, numero quarto, decretis de reformatione capite secundo, numero decimo sexto, et decretis reverendissimi Rubeo pagina trigesimaquarta numero quinquagesimo quinto; erit autem patris provincialis in definitoriis significare quid emergat ad hoc, ut prior, vel subprior, qui in præscriptis in hujusmodi capite defecerit, irremissibiliter officio privetur.

### CAP. V.

*Cuncti religiosi comedant in refectorio, eisque absque ulla differentia communis apponatur cibus, et de jejuniorum observantia.*

Cuncti religiosi comedant in refectorio, eisque absque ulla differentia communis apponatur cibus, et de jejuniorum observantia.

§. 8. Admodum reverendum definitorium super hujusmodi re decrevit, quod singuli religiosi, licet graduati, et hospites ipsi sint, tam de mane, quam de sero pro prandio, et cœna sumenda in refectorium descendant, quodque cunctis idem cibus in qualitate, et quantitate ministretur; ita enim expresse legitur dispositum in nostra sancta regula capite quarto, et in decretis Clementis papæ octavi numero decimo, ac in illis nostri reverendissimi Soreth capite sexto pagina trigesima octava numero quarto: curentque sedulo priores ne quis religiosus quomodolibet graduatus comedat in sua cella sub prætextu, quod cibus extra conventum paratus illi afferatur; magistris autem de numero, qui insimul quinquagesimum ab habitus susceptione annum agant, et cathedraticis publicarum universitatum sumendi cœnam, vel refectionem communitatis in suis cellis poterit esse facultas; primis quidem ob provectam ætatem, alteris vero ut diutius valeant elucubrari.

Statuit quoque, et decrevit, ut in diebus jejunii prælati sedulam ponant diligentiam in visitandis coquinis, ne paretur cœna pro aliquo religioso, nec ipsi permittatur comestio carnis diebus a regula, et constitutionibus vetitis, dummodo non adsit declaratio medici de necessitate testantis, prout præcipitur in constitutionibus nostri reverendissimi Soreth de jejunio, et comestione fratrum capite quarto, numero secundo, pagina quinquagesima secunda,

ac in decretis de reformatione capite tertio, numero trigesimo septimo.

Denique statuit, et decrevit, ut infirmorum, et convalescentium indigentiis omni prorsus charitate occurratur (ita enim præscribunt constitutiones parte prima capite vigesimo) utque super omnibus in hoc capite contentis admodum reverendus pater provincialis in visitationibus invigilet, definitorium monendo de prælatis, quos in hoc defecisse deprehendat ad hoc, ut qualibet exclusione rejecta, priventur officio.

## CAP. VI.

*Non sint religiosis famuli, neque sæculares in conventibus pernoctent.*

De exclusione famulorum, et vetita sæcularium pernoctatione in conventibus.

§. 9. Statuit admodum reverendum definitorium, quod nullus religiosus habeat famulum, quodque sæculares licet religiosorum propinqui in conventibus minime pernoctent, idque curetur quam diligentissime a prioribus, et subprioribus, secus enim in visitationibus acriter in illos animadvertetur, et pro modo negligentiæ, vel dissimulationis ab iis in hoc habitæ ad eorum privationem ab officiis devenietur, totum enim id statutis capituli generalis quinquagesimi septimi de anno 1575. pagina quinta, ac etiam constitutionibus generalibus parte prima capite decimonono numero decimo, demum decretis de reformatione capite quarto numero vigesimo quinto respondet.

## CAP. VII.

*De spolio a religiosis annuatim explendo, ac de reliquis, quæ debitam voti paupertatis respiciunt observantiam.*

De spolio a religiosis annuatim explendo, ac de reliquis, quæ debitam voti paupertatis respiciunt observantiam.

§. 10. In hujusmodi re statuit admodum reverendum definitorium, quod singuli religiosi immittant in depositum, seu arcam communitatis sub clavibus prioris, et clavariorum totam, quæ ipsis sit, pecuniam quocumque titulo acquisitam, vel ex patrimonio, vel ex cathedris, prædicatione, missis, donationibus, sive eleemosynis, et hoc præstare teneantur infra terminum viginti quatuor horarum a pecuniæ receptione computandum, secus pœnis contra proprietarios plectantur; hoc enim, et paupertatis voto, et constitutionibus generalibus parte tertia, capite undecimo, numero tertio, decretis Clementis pp. VIII. numero tertio, et quarto, decretis capituli generalis de anno 1645. pagina vigesima septima, appendici comitiorum generalium, paragrapho decimo quinto, numero centesimo tertio omnino respondet: permissum vero volumus cuilibet religioso a suo respectivo deposito extrahere, penes se retinere, et insumere de prioris licentia aliquam modicam summam habito respectu indigentiis, ejusque personalibus qualitatibus. Ab hujusmodi vero depositis religiosorum priores, cæterique prælati sub pœna excommunicationis juxta decreta relata in appendici 15. numero centesimoquarto aliquid pro communitatis expensis, nequeant extrahere.

Pariter sancivit admodum reverendum definitorium, ut quotannis de mense decembris ante festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi unusquisque ex religiosis inventarium rerum, quæ pro usu retinet, conficiat, et hujusmodi inventarium juxta præscriptum constitutionum generalium parte tertia, capite undecimo, numero sexto in arca communi trium clavium ponatur, et superiores invigilent, curentque de hujusmodi inventariorum integritate, ac sinceritate, super quo in casu negligentiæ, ex parte eorumdem priorum, et subpriorum contra eos inquiratur, et recurrentibus annuis definitoriis testimonium mittant omnino comprobans singulos religiosos prædicta inventaria confecisse.

Insuper decrevit, ne ullus religiosus absque expressa sui prælati localis licentia ad præscriptum constitutionum generalium parte tertia, capite undecimo numero primo, et sequentibus, et appendicis decretorum generalium aliquid recipere, vel dare valeat.

Denique admodum reverendum definitorium statuit quod cuncti patres priores majori, quo fieri possit studio, et diligentia curent impedire, et eliminare quemcumque abusum, et prophanitatem in vestibus interioribus religiosorum, tum in qualitate, tum in colore, ac etiam in calceamentis, ne utantur calceis ex aluta, vel alterius speciei extraneæ, ac mellis, vel parum decentis, et simplicitati, modestiæ, et humilitati religiosæ nullimode cohærentis; idemque intelligendum de mobilibus pretiosis, nempe de capsulis, horologiis, aliisque rebus, totum enim id oppositum omnino est paupertati, et honestati instituti Nostri, et a nostris legibus prohibetur, ut apparet ex decretis summi pontificis Clementis octavi, ex constitutionibus generalibus capite duodecimo, ex decretis de-

reformatione capite tertio, numero vigesimo sexto, et ex constitutionibus nostri reverendissimi Soreth capite septimo numero sexto. Quælibet autem priorum, et subpriorum in hoc omissio severe corrigatur in visitationibus ab admodum reverendo patre provinciali habendis, qui de consensu admodum reverendi definitorii prælatis negligentibus privationem, violatoribus vero pœnas pro modo culpæ infliget.

## CAP. VIII.

*De accurata methodo servanda in conscribendis libris introitus, et exitus redditum fixorum, et eventualium, et de, depositis explendis in qualibet hebdomada, quin priores, cœterique superiores ullam pecuniæ quantitatem penes se valeant retinere.*

De methodo servanda in conscribendis libris introitus, et exitus, et de depositis.

§. 11. Quoad hoc decrevit admodum reverendum definitorium, quod in quolibet conventu majori, qua poterit diligentia, et studio exarentur libri, in quibus adnotentur computa introitus, et exitus redditum fixorum, et eventualium, ac deposita fiant in qualibet hebdomada, prævia ratione dati, et accepti, quin priores disponere valeant de quacumque pecuniæ summa sub pœna privationis ab officio, quam ipso facto irremissibiliter incurrant æque ac prior, vel subprior, qui penes se ultra diem quamcumque pecuniæ quantitatem retineat, quin certiores de ea reddat clavarios, eamque conferat immediate in depositum communitatis uti præscribunt decreta Clementis papæ octavi numero duodecimo, et decreta reformationis pagina quadragesima prima.

## CAP. IX.

*Computa habenda de missis, quæ a conventibus recipiuntur, et de earum numero, qui recipi possit.*

De missis recipiendis, de ratione habenda de earum proventu.

§. 12. Hac in re decrevit admodum reverendum definitorium, quod religiosi sacristæ syngraphas eleemosynarum pro missis acceptarum dare possint, dummodo hisce nequiescant oblatores; infra autem ipsius diei terminum prædicti sacristæ tradant prioribus coram clavariis, et non aliter, nec alio modo pecuniam hujusmodi eleemosynarum cum expressione numeri missarum, uti etiam personarum, quæ illas detulerunt, et pro quibus debeant applicari, et cum hac individua explicatione in librum arcæ conferendæ sunt partitæ, in quibus describatur hujusmodi eleemosynarum quantitas; si vero oblatores syngraphas in ampliori forma exaratas exquirerent, hæ dari debeant non jam a solo priore, sed ab isto, et clavariis; totum ergo id servent religiosi sacristæ, et priores sub irremissibili pœna privationis ab officiis.

Insuper sancivit admodum reverendum definitorium, quod in nullo conventu recipiantur missæ, quæ a respectiva communitate infra triginta dies a die accepti stipendii computandos, nequeant celebrari; si vero dum celebrantur missæ jam acceptæ, aliæ superveniant, admitti tantum poterunt, quæ infra triginta dies satisfieri valeant, computatis iis, quæ supersunt de jam acceptis; id enim cohæret decretis Clementis papæ VIII.; uti etiam illis de reformatione capite quinto, declarationi sacræ congregationis Concilii relatæ a Benedicto papa XIV. in institutione quinquagesima sexta numero decimo quarto, et regulis, ac sensibus bonæ moralis. Si quis autem prior, vel subprior missas ultra præfinitum numerum admiserit, irremissibiliter officio privetur.

Denique statuit admodum reverendum definitorium, quod in singulis conventibus infra terminum omnino sex mensium a die, in quo hujusmodi acta inibi recipiantur, computandum, efformentur tabellæ missarum perpetuarum unicuique incumbentium cum expressione illarum, quæ cum cantu, et quæ sine sunt explendæ, an ad designatum altare, et statuto die cum reliquis circumstantiis, et conditionibus cujuslibet fundationis. Hujusmodi autem tabellarum, duo affiguntur exempla, in cella priorali unum, in sacrario alterum injungendo, prout injungitur admodum reverendis patribus provincialibus, ut in visitationibus curent, quod duæ prædictæ tabellæ appensæ continuo remaneant, et ab iis examinetur, utrum respondeat veris obligationibus cujuslibet conventus, et satisfiat exacte omnino relatis missis perpetuis, quarum numerus juxta tempus propriæ fundationis imminuere debet illas, quæ recipi possint, et sunt explendæ omnino infra terminum triginta dierum jam præscriptum pro missis manualibus, quæ valent admitti.

## CAP. X.

*De dimissione, et solutione æris alieni, quo onerati reperiuntur nonnulli conventus, vetiturque, ne in posterum absque evidenti necessitate æs alienum quomodolibet contrahatur.*

De dimissione æris alieni.

§. 13. Super hoc decrevit admodum reverendum definitorium, quod priores singulorum conventuum noviter electi, ut primum possessionem ceperint, una cum clavariis inspiciant computa suorum immediate antecessorum, et officinas perlustrent una cum eisdem clavariis ad comprobandum an existant effectus descripti in prædictis computis, seu rationibus, nulla interposita mora, mittendo admodum reverendo patri provinciali testimonium factæ inspectionis subscriptum ab actuali priore, et clavariis ad hoc, ut in definitorio districte inquiratur contra priorem prædecessorem, si fortasse in aliquo defecerit, uti etiam exquirant, et investigent, an priores antecessores absque licentia communitatis, et admodum reverendi patris provincialis extraxerint ab arcis communibus aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliquo alio modo acceperint aliquam summam ab administratoribus, vel ex fundis alicujus fundationis, et an de hisce omnibus, ac de pecunia hujusmodi inversione rationem reddiderint in computis ad capitulum directis, uti etiam an justum, et absolute necessarium fuerit æs alienum in quacumque summa ab antecessoribus prædictis contractum exprimentibus actualibus prioribus, et clavariis quantitatem æris alieni, itemque necessitatem, quæ hujusmodi contractionem urgebat. Totum autem id examinetur in primo definitorio, ut ab eo congrue provideatur.

## CAP. XI.

*Quotannis intra Pascha Resurrectionis Dominicæ, et Pentecostes habeatur definitorium.*

De tempore, quo erit habendum definitorium.

§. 14. Sancivit admodum reverendum definitorium, quod singulis annis die ab admodum reverendo patre provinciali designanda intra Pascha Resurrectionis Dominicæ, et Pentecostes in conventu nostro Matritensi semper, ac admodum reverendus pater provincialis sit ex nova Castella, si vero ex veteri in conventu Segobiensi habeatur definitorium, et in illo agatur de omnibus, quæ spirituali, et temporali conventuum bono conducant; et quomodo prælati proprii officii obligationibus satisfaciant, dato pro qualitate necessitatis prompto remedio, nullaque auctoritas poterit dispensare, vel mandare, ne hujusmodi definitoria annualia habeantur, si hæc dispensatio exhibita minime fuerit supremo Castellæ senatui, a quo ejus exequutio fuerit præscripta.

## CAP. XII.

*Ex nunc suspensæ remaneant literæ patentes pro lectoribus, et concionatoribus, et quæcumque aliæ a reverendissimo nostro patre generali, vel ab alia qualibet auctoritate concessæ, dummodo datæ non fuerint ad præscriptum constitutionum ordinis, et mandatorum supremi senatus.*

De literis patentalibus relaxandis pro lectoribus, et concionatoribus.

§. 15. Decrevit admodum reverendum definitorium, quod ex nunc remaneant, prout remanent revocatæ, et suspensæ quæcumque institutiones, et patentes literæ pro lectoribus, et concionatoribus, et quælibet aliæ a reverendissimo nostro generali, vel ab alia quacumque auctoritate in quinquennio proxime præterito concessæ, instituendo, et creando lectores philosophiæ, et theologiæ, ac alia munera attribuendo non servato concursu, aliisque circumstantiis a statutis præscriptis, decrevitque, quod literæ patentes ita emanatæ nullius sint roboris, vel valoris in futurum, nec etiam quoad præteritum pro consequenda jubilatione, vel pro quacumque alia causa. Totum enim cohæret actis reunionis conditione quarta, numero tertio, decretis reverendissimi Villalobos ab Innocentio papa XII. confirmatis pagina nonagesima quinta, numero sexto, et septimo, statutis reverendissimi nostri Ximenez §. 11. num. xx., et Brevi Sanctitatis suæ Pii papæ VI. dicta tripartita conditione sexta, et octava.

## CAP. XIII.

*De conferentiis theologiæ moralis in singulis conventibus, et de examine confessariorum.*

De conferentiis theologiæ moralis, et de examine confessariorum.

§. 16. Hac in re statuit admodum reverendum definitorium, quod in singulis conventibus, non exceptis domibus, sive collegiis studiorum, in secunda, et quinta cujuslibet hebdomadæ feriis, quatenus in eas non incidat fe-

stus dies, secus diebus immediate sequentibus habeantur conferentiæ theologiæ moralis per horam immediate ante cœnam, in quibus a concionatore, vel eo impedito, a religioso per prælatum designando legatur, et explicetur consecutive aliquis ex auctoribus bonæ moralis, et concionator, vel præses cunctos religiosos super rebus, quas indicaverit, interroget, quodque super celebratione hujusmodi conferentiarum, ac interventu omnium religiosorum quacumque de causa nequeat dispensari, quandoquidem debet esse formale capitulum in visitationibus peragendis ab admodum reverendo patre provinciali, qui definitori significabit quid animadverterit, ut ad privationem prælati, qui in hoc defecerit, deveniatur.

Insuper admodum reverendum definitorium sancivit, quod admodum reverendus pater provincialis per se ipsum, et quatenus aliquo detineatur impedimento, per præsidem ab eo deputandum una cum patre priore, magistris, et lectoribus, ac concionatore conventus, qui actu visitatur per suum secretarium provincialem examini subiiciat super materiis moralibus cunctos religiosos, qui actu fuerint confessarii, et quinquagesimum ab habitus susceptione annum minime expleverint, nec gradum magisterii obtinuerint; si quis autem ab hujusmodi concursu se excusaret ipso facto suspensionem incurrat, et ab admodum reverendo patre provinciali compelli valeat ad examen hujusmodi habendum antequam visitatio expleatur, vocatis etiam absentibus, cum totum id decretis reverendissimi nostri Soreth capite nono paragrapho secundo sit conforme.

## CAP. XIV.

*Cuncti religiosi præsentes filiationem in certis conventibus, et de novo recipiendi in eorum professione admittantur pro designato conventu juxta cujuscumque communitatis necessitatem, pariterque recipiantur cum assignatione determinato collegio.*

De filiatione habenda a singulis confratribus.

§. 17. Admodum reverendum definitorium sancivit, ut in posterum duæ tantummodo sint novitiatus domus, conventus scilicet Matritensis pro nova Castella, et pro veteri conventus Vallisoletanus, quodque religiosus nullus choro addictus, vel laicus in alio conventu novitiatum valeat peragere.

Sancivit quoque, quod dum agatur de admissione alicujus ad habitum, illico in ipso novitiatus ingressu destinetur isti unum ex tribus collegiis pro turnum: primus enim, qui recipietur, adscribendus erit collegio Matritensi, alter collegio Vallisoletano, tertius vero Toletano hoc ordine in perpetuum servato cum admittendis ad habitum, qui quidem ordo pro expleto habebitur si novitius professionem emittat, et non aliter, et in admissione cujuslibet novitii constare debebit collegium, cui ipse adscribatur, et super hoc competens regestrum, seu codex etiam est conficiendum.

Quilibet novitius, qui in posterum ad professionem admittetur, vel qua clericus, vel qua laicus admittatur omnino cum filiatione, et assignatione præfinito conventui juxta numerum, et competentiam cujuscumque communitatis, quod quidem similiter constare debeat, ac etiam ex libris cujuslibet communitatis.

Quilibet conventus exsolvere teneatur quotidie duo regalia domui novitiatus, et domibus studii pro unoquoque ex suis novitiis, et studentibus, durante tempore studiorum, licet studentes in sacro presbyteratus ordine constituti existant, in hoc enim casu missam pro conventu proprio applicare debebunt.

Demum admodum reverendum definitorium statuit peragi filiationes religiosorum ad præsens existentium destinando unumquemque ad correspondentes effectus, et illum designando certo provinciæ conventui sine præjudicio, seu quin admodum reverendi patres provinciales, et definitoria justis de causis cuicumque religioso aliam conventualitatem ad tempus dare possint, quod quidem semper intelligendum est sine præjudicio propriæ filiationis. Filiationes vero, et assignationes, quæ nunc fiunt religiosorum actu in provincia existentium disponuntur, et sunt tenoris sequentis.

## IN VETERI CASTELLA

§. 18. Filiationes religiosorum Carmelitarum observantium respectivis veteris Castellæ conventibus.

Nomina fratrum filiationes obtinentium in conventibus veteris Castellæ.

CONVENTUI ABULENSI AFFILIANTUR

P. magister Fr. Josephus Calvo
P. magister Fr. Emmanuel Fernandez
P. magister Fr. Joseph Alvariño
P. magister Fr. Emmanuel Serrano
P. magister Fr. Emmanuel Cantero.
P. magister Fr. Cajetanus Sanchez
P. Fr. Aloisius Gomez
P. Fr. Bartholomæus Revilla
P. Fr. Michael Tuarez
P. Fr. Vincentius Rodriguez
P. Fr. Antonius Alonzo
P. Fr. Matthæus Gomez
P. Fr. Basilius Garcia
P. Fr. Leander Gomez
P. Fr. Petrus Perez
P. Fr. Isidorus Gutierez
P. Fr. Matthias Sobrino
P. Fr. Vincentius Perez
P. Fr. Augustinus Merino
P. Fr. Augustinus Gil
P. Fr. Baldus Perez
P. Fr. Balthassar Nicolas
P. Fr. Michael Hernandez

*Fratres laici*

Fr. Joseph Vallesa
Fr. Franciscus a sancto Josepho Montalvo.
Fr. Sebastianus Zazo
Fr. Josephus Carrasco
Fr. Antonius Andrés
Fr. Franciscus Garci Nuño
Fr. Sylvester Perez
Pater Fr. Petrus Galicia

CONVENTUI SANCTI PAULI DE LA MORALEJA

P. magister Fr. Stephanus Bargas
P. magister Fr. Petrus Migueles
P. Fr. Bonaventura Castro
P. Fr. Antonius Cerca
P. Fr. Matthias Carpio
P. Fr. Franciscus Amigo
P. Fr. Antonius Finistrosa
P. Fr. Laurentius a s. Josepho
P. Fr. Felix Cano
P. Fr. Thomas Gratos
P. Fr. Petrus Martinus Sevillano
P. Fr. Isidorus Serrano
P. Fr. Emmanuel Petit
P. Fr. Bernardinus Rivera
P. Fr. Raymundus Sant'Anna
P. Fr. Bernardus Sacristan
P. Fr. Michael de la Parta
P. Fr. Vincentius Olivares
P. Fr. Felix Meneses
P. Fr. Augustinus Migueles

*Fratres laici*

Fr. Matthias Diaz
Fr. Emmanuel Oreson
Fr. Joseph Garcia
Fr. Joannes Vizcayno

CONVENTUI NOSTRÆ DOMINÆ DE LOS VALLES

P. magister Fr. Michael Ronda.
P. lector Fr. Idelphonsus Serrano
P. Fr. Dionysius Losada
P. Fr. Matthias Ruiz
P. Fr. Franciscus Cañivano
P. Fr. Andreas Garcia
P. Fr. Anicetus Francia
P. Fr. Franciscus Zorto
P. Fr. Joannes a Royo
P. Fr. Petrus Miguelez
P. Fr. Augustinus Petit
P. Fr. Emmanuel Puga
P. Fr. Paschalis Ravanal
P. Fr. Joseph Palencia
P. Fr. Antonius Zambranus
P. Fr. Thomas Fernandez

*Fratres laici*

Fr. Romualdus Tesetor
Fr. Joannes Roman
Fr. Joseph Benito

CONVENTUI SALAMANTINO

P. magister Fr. Paulus Colmenero
P. magister Fr. Franciscus Perez
P. magister Fr. Franciscus Garcia Cañivano
P. Fr. Aloisius Montero
P. Fr. Joannes Ayuso.
P. Fr. Gregorius Rivera
P. lector Fr. Emmanuel Axias
P. Fr. Franciscus Perez Blasco.

*Fratres laici*

Fr. Thomas Quiros
Fr. Antonius Gallesa
Fr. Joseph Martin
Fr. Bartholomæus Lopes

CONVENTUI VALLISOLETANO

Noster admodum Reverendus Pater magister Fr. Augustinus Torres ex-provincialis
P. magister Fr. Emmanuel Martinus de los Ojos.

P. magister Fr. Antonius Recaman
P. lector Fr. Bernardus Bartolomé
P. lector Fr. Emmanuel Leyundo Serano
P. Fr. Joseph a Rosa
P. Fr. Franciscus Xaverius Dominguez
P. Fr. Leander Gomez
P. Fr. Paulus Cordero
P. Fr. Joannes Dominguez
P. Fr. Turibius Mayo
P. Fr. Franciscus Dominguez Fernandez
P. Fr. Bernardus Moure
P. Fr. Petrus Fernandez
P. Fr. Bernardus Cañal
P. Fr. Petrus Sanchez
P. Fr. Vincentius Conde
P. Fr. Romualdus Negrilla
P. Fr. Thomas Barbero

*Fratres laici*

Fr. Joseph Canivaño
Fr. Cajetanus Carnicero
Fr. Emmanuel Ballesa
Fr. Emmanuel Hurtado
Fr. Joannes Cuartero
Duo fratres laici novitii

CONVENTUI DE VALDERAS

P. magister Fr. Franciscus Gonzalez Osorio
P. lector Fr. Petrus Galan
P. lector Fr. Gregorius Manzon
P. Fr. Jacobus Garcia
P. Fr. Matthæus Pelaez
P. Fr. Barnabas Millan
P. Fr. Emmanuel Astorga
P. Fr. Joseph Belbez
P. Fr. Carolus de la Penna
P. Fr. Joannes Antonius Calvo
P. Fr. Franciscus Calvo
P. Fr. Joannes Arias
P. Fr. Ambrosius Valduena
P. Fr. Andreas Martin
P. Fr. Gregorius Gonzalez
P. Fr. Franciscus Zambrane
P. Fr. Matthias Blanco
P. Fr. Joseph a Conceptione
P. Fr. Ignatius Muha
P. Fr. Antonius Villagarcia
P. Fr. Augustinus Ronda

*Fratres laici*

Fr. Emmanuel Valdespino
Fr. Hiacynthus del Valle
Fr. Antonius Perez

CONVENTUI METINÆ CAMPI

P. magister Fr. Julianus Martinez
P. magister Fr. Hieronymus Hernandez
P. lector Fr. Dominicus Aloisius Grande
P. Fr. Fernandus Crespo
P. Fr. Aloisius de Sancta Pazzis
P. Fr. Franciscus Royo
P. Fr. Joannes Villal
P. Fr. Augustinus Rodriguez
P. Fr. Matthias Revordinos
P. Fr. Joseph Silva
P. Fr. Franciscus Xaverius
P. Fr. Joannes Garcia Calderon
P. Fr. Josephus Cacho
P. Fr. Raymundus Estevez
P. Fr. Balthassar Perez
P. Fr. Franciscus Fernandez
P. Fr. Julianus Entero
P. Fr. Joseph Martin
P. Fr. Petrus Anton
P. Fr. Emmanuel Fuentes

*Fratres laici*

Fr. Michael Berben
Fr. Emmanuel Colinas
Fr. Didacus Andres

CONVENTUI SEGOBIENSI

Noster admodum reverendus pater magister Fr. Joseph Flores exprovincialis
P. magister Fr. Emmanuel Alvarez
P. magister Joannes Baptista Gonzalez
P. Fr. Joannes Santos
P. Fr. Gabriel Martin
P. Fr. Joseph Coello
P. lector Fr. Joannes Montero
P. Fr. Joannes Cangias
P. Fr. Sylvester a sancto Stephano
P. Fr. Augustinus Vidal
P. Fr. Laurentius Segovia
P. Fr. Joseph Rodriguez
P. Fr. Dominicus Moreno
P. Fr. Matthias Revoll
P. Fr. Philippus Falcon
P. Fr. Joachim Espinosa
P. Fr. Joannes Vidales
P. Fr. Petrus Clemente
P. Fr. Felix Garcia
P. Fr. Joseph Secescun
P. Fr. Bernardus Najera

*Fratres laici*

Fr. Petrus Fuertes
Fr. Emmanuel Benito
Fr. Pastor Gonzalez
Fr. Jacobus Gil
Fr. Vincentius Conde

IN NOVA CASTELLA

Similia pro conventibus novæ Castellæ

§. 19. Filiationes religiosorum Carmelitarum observantium respectivis conventibus Castellæ Novæ, affiliantur conventui Matritensi.

Admodum reverendus P. magister Fr. Martinus Diaz provincialis
P. magister Bernardus Residor
P. magister Fr. Jacobus Montes
P. magister Fr. Joannes Arteaga
P. magister Fr. Eugenius Jordan
P. magister Fr. Christophorus Gutierez
P. magister Fr. Gabriel Huete
P. magister Fr. Leo Gonzalez
P. magister Fr. Emmanuel Huerta
P. magister Fr. Joannes Antonius Moda
P. magister Fr. Joseph Nunez
P. magister Fr. Gabriel Gallego
P. lector Fr. Joannes Urda
P. lector Fr. Emmanuel Luna
P. lector Fr. Franciscus Cuesta
P. Fr. Emmanuel Rodrigo
P. Fr. Joseph Rugnilla
P. Fr. Joseph Romo
P. Fr. Joseph Arcos
P. Fr. Franciscus Rueda
P. Fr. Ignatius Pardo
P. Fr. Augustinus Lopez
P. Fr. Bartholomæus Cavello
P. Fr. Thaddeus Hernandez
P. Fr. Antonius Duennas
P. Fr. Antonius Garcia
P. Fr. Ambrosius Perez
P. Fr. Joseph Flores
P. Fr. Franciscus Yglesias
P. Fr. Benedictus Alvarez
P. Fr. Emmanuel Garcia
P. Fr. Petrus Campillo
P. Fr. Gregorius Diaz
P. Fr. Justus Ortes
P. Fr. Candidus Ruiz
P. Fr. Petrus Carrera
P. Fr. Petrus Fortuna
P. Fr. Ignatius Cruz
P. Fr. Antonius Raposo
P. Fr. Vincentius Palacios
P. Fr. Benedictus Huerta
P. Fr. Thomas Manzano
P. Fr. Prudentius Delgado
P. Fr. Aloisius Sanchez
P. Fr. Emmanuel Garcia
P. Fr. Narcisus Romero
P. Fr. Josephus Antonius Pallares.
P. Fr. Hieronymus Pennalver
P. Fr. Christophorus Higueras
P. Fr. Franciscus Olias
P. Fr. Raphael Mora
P. Fr. Valentinus Matallana
P. Fr. Antonius Zenzerado
P. Fr. Emmanuel Residor
P. Fr. Petrus Manzilla
P. Fr. Matthæus Ruiz
P. Fr. Claudius Morago
P. Fr. Joseph Lopez Gil
P. Fr. Claudius Alvarez

*Clerici*

Fr. Raphael Garcia
Fr. Josephus Artejaga
Fr. Joseph de la Fuente
Fr. Joannes Antonius Alpuente

*Fratres Laici*

Fr. Thomas Tubar
Fr. Thomas Thelar
Fr. Joseph Cuesta
Fr. Petrus Fajardo
Fr. Eusebius Barionuebo
Fr. Michael Royas
Fr. Vincentius Guerrero
Fr. Joseph Rodriguez
Fr. Georgius Arana
Fr. Michael Uria
Fr. Emmanuel Conde
Fr. Eulogius Deza
Fr. Petrus Fernandez

CONVENTUI TOLETANO

P. magister fr. Didacus Cano
P. magister Fr. Joannes Freyanes
P. magister Fr. Joannes Ignatius Zurida
P. magister Fr. Vincentius Gavaltero.
P. magister Fr. Franciscus Montesinos.
P. lector Fr. Emmanuel Rincon.
P. lector Fr. Antonius Paris
P. lector Fr. Andreas Huerta
P. Fr. Emmanuel Aguilora
P. Fr. Michael Roldan
P. Fr. Franciscus Cuebas
P. Fr. Martinus Escobedo
P. Fr. Franciscus Montes
P. Fr. Clemens Scolar
P. Fr. Ildephonsus Espadas
P. Fr. Joannes Navarro
P. Fr. Joannes Muñoz
P. Fr. Gavinus Navarro

P. Fr. Matthias Carasco
P. Fr. Bernardus Cano
P. Fr. Franciscus Gavaldon
P. Fr. Didacus Ruiz
P. Fr. Joseph Criado
P. Fr. Franciscus Galledo
P. Fr. Antonius Alarcon
P. Fr. Emmanuel Cannaveral
P. Fr. Joseph Cano
P. Fr. Franciscus Patino
P. Fr. Thomas Ximenez
P. Fr. Raymundus Perez
P. Fr. Emmanuel Zerezeda
P. Fr. Petrus Calderon
P. Fr. Joannes Burgos
P. Fr. Joseph Salas.

*Novitius choro addictus*

Fr. Joannes Christophorus Dellalamo.

*Fratres laici*

Fr. Philippus Berito organista
Fr. Petrus Pinneiro
Fr. Antonius Sanchez

CONVENTUI REQUENÆ

P. concionator Fr. Blasius Ravadan
P. Fr. Thomas Ximenez
P. Fr. Didacus Salvador
P. Fr. Salvator Martinez
P. Fr. Julianus Coronado
P. Fr. Hiacynthus Ybanez
P. Fr. Angelus Hzdalgo
P. Fr. Julianus Fuentes
P. Fr. Michael Rincon
P. lector Fr. Emmanuel Martinez
P. Fr. Michael Casero
P. Fr. Albertus Palao
P. Fr. Joannes Sanchez
P. Fr. Benedictus Martinez
P. Fr. Joannes Fernandez
P. Fr. Joannes Yzquierdo
P. Fr. Franciscus Maribella chorista
Fr. Eugenius Granatos
P. Fr. Antonius Briguega
P. Fr. Petrus Portillo
Fr. Eugenius Montalve chorista

*Fratres laici*

Fr. Andreas Gebrian
Fr. Jacobus Cafons
Fr. Joseph Garcia
Fr. Emmanuel Penen
Fr. Emmanuel Albores
Fr. Emmanuel Saiz
Fr. Dominicus Navarro

Fr. Joseph Ximenez
Fr. Petrus Caxa

CONVENTUI ALVERCIÆ

P. Fr. Franciscus Barchino
P. lector Fr. Emmanuel Plaza
P. lector Fr. Petrus Romero
P. Fr. Stephanus Yzquierdo
P. Fr. Benedictus Sanchez de Urda
P. Fr. Vincentius Dell' Olmo
P. Fr. Bartholomæus Rodriquez
P. Fr. Julianus Sarria
P. Fr. Antonius Valladolid
P. Fr. Emmanuel Martinez
P. Fr. Petrus Moragon
P. Fr. Franciscus a Senso
P. Fr. Antonius Gabaldon
P. Fr. Franciscus Rozarren
Fr. Joseph Garcia Casarrubios
P. Fr. Emmanuel Montes

*Fratres laici*

Fr. Ignatius Gomez

CONVENTUI PIELAGI

P. Fr. Cirillus a s. Bartholomæo
P. Fr. Bartholomæus ab Angelis
P. Fr. Emmanuel a s. Anna
P. Fr. Joseph a s. Bartholomæo
P. Fr. Joseph a s. Theresia
P. Fr. Paulus a s. Josepho
P. Fr. Joseph a s. Catharina
P. Fr. Hieronymus ab Ascensione
P. Fr. Emmanuel a Jesu
P. Fr. Emmanuel a Virgine del Prado
P. Fr. Eulogius a s. Elia
P. Fr. Gregorius a s. Antonio
P. Fr. Melchior a s. Gregorio chorista
Fr. Petrus a Conceptione chorista
Fr. Emmanuel a Cruce chorista
Fr. Antonius a Trinitate chorista.

*Fratres laici*

Fr. Raymundus a s. Secundo
Fr. Franciscus a ss. Sacramento
Fr. Emmanuel a s. Josepho
Fr. Antonius a Conceptione
Fr. Petrus a Solitudine
Fr. Michael a s. Josepho

CONVENTUI DE VALDEMORA

P. Fr. Franciscus a s. Francisco
P. Fr. Joannes a s. Antonio
P. Fr. Matthias a s. Elia

P. Fr. Elias a Carmelo
P. Fr. Aloisius De Remediis
P. Fr. Josephus a sancta Pazzis
P. Fr. Joannes de Christo
P. Fr. Felix a s. Joanne
P. Fr. Eugenius a s. Paschale
P. Fr. Michael de Cruce
P. Fr. Petrus Romero
P. Fr. Bernardus Gomez chorista
P. Fr. Vincentius a s. Dominico

*Fratres laici*

Fr. Jacobus a Carmelo
F. Andreas a s. Josepho
Fr. Joseph a s. Theresia
Fr. Joannes Ortiz
Fr. Remigius a Carmelo
Fr. Joannes de Christo

CONVENTUI COMPLUTENSI

P. magister Fr. Michael de Azero cathedraticus
P. magister Fr. Franciscus Salinero graduatus
P. Fr. Raymundus Rodriguez
P. Fr. Joseph Petiego
P. Fr. Antonius Martinez
P. Fr. Antonius Plazza
P. Fr. Christophorus Velincon
P. Fr. Emmanuel Martin
P. Fr. Michael Azero, et Aldovera cathedraticus pro lingua Græca
P. Fr. Joannes Hieronymus Palacius
P. Fr. Cosmas Sendin

*Fratres laici*

Fr. Andreas Crespo
Fr. Joannes Morales
Fr. Franciscus Lopez
Fr. Petrus Rodriquez

CONVENTUI DE VALDEOLIVAS

P. magister Fr. Didacus Cuevas
P. Fr. Joannes Perez
P. Fr. Elias Rincon
P. Fr. Joannes a s. Alberto
P. Fr. Franciscus Cidde
P. Fr. Joannes Alonso
P. Fr. Petrus Palacios
P. Fr. Petrus Alegria
P. Fr. Petrus Montoja
P. Fr. Franciscus Espinae
P. Fr. Matthias Tavalera
P. Fr. Henricus Serrano
P. Fr. Paulus Abad
P. Fr. Dominicus Velez
P. Fr. Aloisius Sanchez

P. Fr. Raymundus de la Encina chorista
P. Fr. Thomas Perez
P. Fr. Joannes Malo
P. Fr. Athanasius Ponce
P. Fr. Martinus Montesinos
P. Fr. Ildelphonsus de la Encina
P. Fr. Cajetanus Cavallero
P. Fr. Raymundus Velasco
Fr. Matthias Ruiz novitius clericus

*Fratres laici*

Fr. Blasius Perez
Fr. Franciscus Bagas
Fr. Antonius Checa
Fr. Antonius Serrano
Fr. Leo Vindel
Fr. Celidonius Cannaveras

## CAPUT XV.

*Majori, quo fieri poterit studio caveatur, ne quis religiosus fraudes perpetret; quique in hoc deliquerit severe puniatur æque ac superior, qui vigilare, et evitare hujusmodi crimina omiserit, et de doctrina, quæ hac in re sit evulganda in pulpito, et confessionale.*

§. 20. Cum eo ipso tempore, quo sessiones præsentis definitorii habebantur, contigerit fraudem tabaci deprehensam fuisse in conventu nostro Requenæ rex dominus noster jussit, ut dominus præses capituli de hujusmodi causa cognosceret ea, qua par esset severitate puniret, ac encyclicas dare literas prælatis, iisdem injungendo districtam obligationem justitiæ, et conscientiæ qua tenentur cuncti religiosi nullimode cooperandi in hisce criminibus, quodque et in concionibus, et in excipiendis Christifidelium Sacramentalibus confessionibus doctrinam, quæ illa detestatur, abominaturque, debeant edocere; hinc dominus præses ad singulos hujusce conventus hanc, quæ sequitur epistolam misit. De punitione delinquentium.

Reverende pater prior

Inter cætera, quæ in sacris literis, præsertim in Evangelio, et epistolis principum apostolorum magis magisque commendantur, et repetuntur obedientia, quam nostris supremis principibus præstare debemus, adnumeratur; ad exclusionem autem cujuscumque cavillationis, et effugii, nobis præcipit

Paulus apostolus obedientiam, quam Nobis commendat non esse solum formidine pœnæ, sed propter conscientiam; omnis enim summa potestas a Deo provenit, et qui legitimæ auctoritati resistit, ordinationi, et præcepto Deo resistit.

Divina hæc doctrina expresse continetur, et commendatur in iisdem sacris literis quoad leges humanas, quæ imponunt tributa; et interrogatus divinus Salvator respondit solvendum esse tributum Cæsari; aliter nec status subsistere, nec tranquillitas regnorum servari, nec vera defendi posset religio, quapropter a sapiente theologo Ildephonso de Castro clandestina, et occulta tributorum solutionis subtractio error pestilentialis dicitur edocendo, non solum esse grave peccatum, verum etiam obligationem restitutionis importare.

Hac generali posita regula in materia tributorum inspiciatur modo, quantum augeatur obligatio, et conscientiæ gravamen quoad leges prohibentes fraudes, quæ non perpetrantur occulte, et absque periculo aliarum fatalium circumstantiarum, sed viceversa cum manifesta, et scandalosa resistentia supremi principis voluntati, cum ruina plurium familiarum, et cum imminenti vitæ ipsorum fraudatorum, ac eorum, qui custodiæ redditaum præsunt periculo.

Profecto non existimamus religiosos Carmelitas observantes provinciæ utriusque Castellæ, cujus capitulo vigore literarum apostolicarum in forma Brevis ad instantiam regis domini nostri expeditarum præfuimus, et cujus dispositio pro omnimoda rerum exigentia a summo pontifice nobis est demandata, Christifideles et in concionibus et in eorum sacramentalibus excipiendis confessionibus contrariam supradictæ edocuisse doctrinam, immo nobis peculiari gaudio constat, scriptores Carmelitas, quæ superius diximus, defendisse, et magna edocuisse eruditione, et ad hoc sufficiat sapientissimus Henricus a sancto Ignatio, qui accuratissima methodo moralem theologiam conscripsit.

Magno autem mœrore vidimus in conventu Requenæ ejusdem provinciæ repertos esse nonnullos religiosos, qui in hisce diebus receptarunt, et insumpserunt tabacum ex fraude, cujus quidem fraudis ingens quantitas fuit deprehensa; super quo præter obligationem nostri muneris de speciali regiæ majestatis mandato actu de correctione quoad præteritum, et de providentia quoad futurum curamus.

Magno, inquam, animi mœrore hujusmodi vidimus excessus; quis enim non contristaretur, inspiciendo sanctuarium in dissolutionis asylum conversum, quodque religiosi alumni, qui tantis de causis majorem fidem Deo, et regi servare debent, obedientiam utrique majestati debitam frangant?

Cognita est universis pietas, et devotio regis domini nostri in religiosos ordines sui regni, et quantis illos favoribus assidue cumulet. Nihil profecto religiosi ordines remittunt de existimatione, ac merito propriæ fidelitatis, si aliqui ex suis individuis tanto honore indigni, hujusmodi perpetrent scelera. Hi autem, et prælati, qui ex negligentia, et defectu zeli, ac curæ erga suos subditos, similibus criminibus locum præbent, erubescant, oportet se vocari Hispanos, fideles enim non sunt supremo principi, nec illius grati beneficiis.

In actis capituli provincialis, quæ una cum admodum reverendo definitorio de præsenti conficimus, occasione supradictæ fraudis dabimus ea providentiæ remedia, quæ opportuna judicabimus; interim vero utile, et necessarium Dei, et regis servitio, atque hujus sanctæ provinciæ decori fore duximus hanc encyclicam dare cunctis prælatis, eisdem commendando, prout commendamus, quod statim ac tradita ipsis fuerit, convocent communitatem, et coram illa encyclicam ipsam perlegant, præcipiendo, et mandando, prout mandamus, et præcipimus singulis religiosis, ne in concionibus, et in excipiendis sacramentalibus Cristifidelium confessionibus æque ac in privatis colloquiis aliam doctrinam in materia fraudum præter eam, quam supra adduximus doceant, vel defendant, imo curent eam prædicare, et Christifideles in quacumque occasione edocere, magni enim Dei servitium, et status interest utilitatem.

Pariter mandamus singulis ejusdem provinciæ religiosis, ut ab ullimoda cooperatione in quacumque fraude, vel eam occultando, vel insumendo, vel favorem præstando fraudatoribus se abstineant, et religiosus, qui in hoc defecerit severe puniatur æque ac prælatus, qui in hoc ex omissione, ac negligentia defecisse deprehendatur, et ex legitima præsumptione dignoscatur,

perpetuo enim privabitur prælatus iste voce activa, et passiva, eique ulteriores pro merito culpæ infligentur pœnæ.

Ad præmissos igitur effectus reverentiæ vestræ, qua alteri ex prælatis hujusce provinciæ hanc epistolam damus, qua communitati recitata, asservari eam faciet in archivio hujus conventus, nosque de exequutione monitos reddat.

Dominus noster paternitatem vestram per plures annos incolumem servet.

Datum Matriti die decima septima junii 1786.

Dominus Petrus Joachim de Murcia R. P. priori conventus N.

Confirmatio decreta per definitorium.

§. 21. Inhærendo itaque adeo justæ et debitæ providentiæ decernit admodum reverendum definitorium, quod in posterum perpetuo impleatur, exequutioni demandetur, atque servetur quidquid statutum legitur in eadem epistola, quæ typis impressa extra provinciam regiæ majestatis jussu est evulgata, quodque admodum reverendi patres provinciales in suis visitationibus investigent, verificentque, an aliquis religiosus directe, vel indirecte cooperationem præbuerit alicui fraudi, vel doctrinam oppositam illi in dicta epistola præscriptam edocuerit, religiosus autem, qui fraudis crimen admiserit, genus vetitum vendendo, emendo, insumendo, vel receptando per triennium recludatur, cunctisque honoribus magisterii, vel jubilationis, quibus gauderet, sive frui posset, ac voce activa, et passiva perpetuo privatus existat, et in quartis, et sextis feriis, durante eodem triennio in pane, et aqua jejunet. Decrevit demum quod prælatus, qui ex omissione, et culpabili negligentia locum dederit alicui ex suis subditis, ut se immisceret in fraude, omni honore magisterii, vel jubilationis, quo gauderet, vel frui posset, ac etiam voce activa, et passiva perpetuo careat. Si vero ad sui pervenisset notitiam subditum perpetrandæ fraudi operam dare, nec eum redarguisset, et castigasset impediens quominus dicta fraus insumeretur, in hujusmodi casu dictus prælatus easdem incurrat pœnas, quæ statutæ sunt contra delinquentem illum, qui emit, vendit, insumit, vel receptat fraudem, et semper prælatus iste ultimus sedeat inter sacerdotes illius conventus, in quo sedem habeat: hæ autem pœnæ irremissibiliter infligentur, sublata admodum reverendis patribus provincialibus, et definitoriis super his dispensandi, easque pœnas imminuendi facultate.

J. M. J.

Decretum præsidis capituli provinciæ utriusque Castellæ fratrum Carmelitarum observantium complectens studiorum methodum in posterum servandam, aliaque hoc idem respicientia, et præsertim super jubilationibus, cæterisque cathedræ, et pulpiti gradibus.

De methodo studiorum.

§. 22. Methodus studiorum, ad dispositiones ad illam spectantes in provincia fratrum Carmelitarum observantium utriusque Castellæ in exequutionem plurium literarum apostolicarum, et pro exigentia status, et circumstantiarum ejusdem provinciæ implendæ, et observandæ.

Dominus Petrus Joachim de Murcia, et Cordova archidiaconus sancti Philippi dignitas sanctæ metropolitanæ ecclesiæ Valentinæ a consiliis regiæ majestatis in supremo Castellæ senatu, collector generalis spoliorum, et vacantium ecclesiarum in hisce regnis exactor generalis mediarum annatarum ecclesiasticarum in iisdem, et Indiarum regnis generalis administrator fundi pii beneficialis, et præses, vigore apostolici Brevis ad instantiam catholici regis expediti, capituli provinciæ fratrum Carmelitarum observantium utriusque Castellæ.

Cum pro executione, et debita observantia apostolici Brevis sanctissimi domini nostri Pii papæ sexti ad instantiam catholicæ majestatis diei 19. aprilis anni MDCCLXXXV. expediti non solum prædicto capitulo provinciali præfuerimus, præscriptis in illo iis providentiis, quas congruas judicavimus, verum etiam, ut exactæ adimpleremus quidquid ab ipsa Sanctitate Sua nobis præcipiebatur peragendum, et exequi faciendum cætera, quæ sint, vel forent quomodolibet necessaria pro bono ejusdem provinciæ regimine, solerter omnino curaverimus nos constructos reddere de ejus spirituali, et œconomico statu, et gubernio, ac etiam de studiis, et literariis exercitationibus, jubilationibus, et gradibus, nec non de generalibus ordinis constitutionibus, ac de apostolicis decretis ad id pertinentibus; cognitis, quæ œconomicum, et spirituale respiciunt, admodum reverendo definitorio nonnulla valde quidem consideratu digna proposuimus, super quibus ejusdem definitorii deliberationes, et resolutiones emanarunt a

nobis vigore nostrarum facultatum decreto diei 12. hujus mensis approbatæ, et confirmatæ. Hoc posito, et considerantes majori providentia, et sedulitate curandum esse pro utriusque majestatis servitio, honore provinciæ, et publica utilitate de methodo, et tempore studiorum, cursuumque literariorum quos in posterum decet expleri ab alumnis religiosis hujus provinciæ, nec non de modo, et circumstantiis, quibus jubilationes, et gradus sint assequendi; ut id tuto assequi possemus, varias cum admodum reverendo definitorio conferentias habuimus, in quibus sequentes animadversiones factæ sunt.

Et primo animadversum est exiguum, vel nullum literarum humaniorum, quod pluribus ab hinc annis in provincia peractum est studium, ex quo gravia quidem damna profecta sunt, siquidem adolescentes novitiatum, et deinde philosophiæ studium in latinitate parum instructi inchoantes, plerique eorum fastidiunt aridam philosophicarum scholasticarum rerum lectionem, literasque negligunt ob non gustatam perfectam literaturam, tabescunt optima ingenia, quæ in suas successive propagassent cognitiones, et literis amœno humaniorum studio se applicassent, præstantissima utique evasissent.

Perpensum est in cunctis ecclesiæ sæculis quamplures ex præstantioribus viris in sacris literis fundamentum, et principium hausisse ab humanioribus, in quibus et præstantissimi erant; qua quidem veritate in sanctorum patrum, qui humaniores literas summopere laudarunt, easque magni fecerunt, scriptis aperte cognita, notari poterunt, postremis temporibus eximii in singulis theologiæ facultatibus magistri, in quibus sublimitas scientiæ sacræ super fundamento humaniorum literarum firmata videbitur, et inter cæteros, qui medium afferri possent, fr. Ludovicus de Granada, Fr. Melchior Cano, et fr. Ludovicus de Leon sufficiant.

Huic est, quod constitutiones ordinis parte prima capite XVIII. singulis prælatis sub pœna privationis ab officiis præcipiunt, ut in conventibus urbium, aliorumque locorum magistros grammaticæ religiosos, vel iis deficientibus, sæculares instituant, qui novitios, cæterosque adolescentes grammaticam edoceant, ut bene instructi evadant.

Ad id accedit quod cum adeo congruum, et conveniens sit statui religioso prædicationis munus, difficillime munus hoc cum laude impleri possit, absque studio rhetoricæ, magni enim sancti patres, Græci, et Latini illam faciebant.

Sapienter hinc reverendissimus pater fr. Emmanuel Maria Trujllo ordinis sancti Francisci actualis dignus commissarius pro Indiis, cum provinciæ Granatensis moderator existeret, paucis ab hinc annis in illam literarum humaniorum perfectæ latinitatis rhetoricæ, et poeseos studium invexit, felici adeo successu, qui ex publicis exercitationibus a pluribus religiosis adolescentibus illius provinciæ peractis, et deinde typis impressis apparet.

Secundo animadversum est nullum studium, quod in aulis provinciæ expletum est, et expletur Græcæ, et Hæbraicæ linguarum adeo utilium ad intelligentiam sacrarum literarum, licet enim exiguo ab hinc tempore honori sibi attribuerit provincia, suos habere religiosos in cathedris linguæ Græcæ in duobus insignibus universitatibus Salamantina nempe, et Complutensi, quorum alter anno proxime præterito diem clausit extremum, alter vero hactenus cathedram moderatur, hoc tamen evenit ex peculiari utriusque religiosi applicatione, non autem ex instructione illorum in provinciæ studiis demandata.

Quod quidem respiciendum valde est, non solum, quia provincia habet conventus, ubi consistunt enunciatæ universitates, in quibus linguæ prædictæ docentur, verum etiam, quia earum studium in variis apostolicis decretis injungitur, et præcipitur in constitutionibus ordinis peculiari præcepto, et præf reatia per ea, quæ sequuntur verba = *Itidem* inhærendo decretis felicis recordationis Pauli papæ quinti, et sacræ congregationis de Propaganda Fide instituimus, et mandamus, ut in singulis conventibus, in quibus religiosi nostri artibus, et theologiæ student, stabiliantur, et sedulo serventur studia linguarum exterarum scilicet Illyricæ, Græcæ vulgaris, Hæbraicæ, Arabicæ, cæterarumque, designando magistros, qui eas doceant, et discipulos, qui eas addiscant. Ac ut singuli majori hilaritate, et diligentia ad hujusmodi studia incitentur r. p. generalis ad tramites decreti sagræ congregationis curabit, ut in promotionibus ad munia, gradus, et dignitates ordinis illi, qui sese exercuerint in eodem studio linguarum paribus concurrentibus circumstantiis præ-

ferantur eis, qui studio hujusmodi operam non dederint.

Tertio animadversum est exiguum esse tempus duodecim annorum; quod de more provinciæ sufficit ad acquirendas cathedræ, et pulpiti jubilationes, et megisteria, ex hoc enim provenit maximus numerus illorum, qui a frequenti assistentia choro se eximunt, et multiplicatio individuorum communitatis ultra vires conventuum ne deficiant, qui hebdomadæ, cæterisque oneribus satisfaciant, dum plures individui in ætate ad laborandum magis accommodata eximuntur.

Hi abusus, et præjudicia ab eo comprobantur, quod de præsenti accidit in hoc Matritensi conventu, in quo actu quatuordecim jubilati cathedræ, et quinque pro pulpito resident, ita ut exceptis his ratione proprii privilegii, exceptisque etiam quatuordecim quadragenariis ab habitus susceptione, nec non officialibus conventus, in communitate quinquagintatrium sacerdotum, duodecim tantum hebdomadarii supersunt.

Quarto demum animadversum est, prædicationis munus in tanto pretio non fuisse, quod illius merito convenit, si congrua dignitate fungatur: pro illo enim minor non requiritur instructio, quam pro lectura theologiæ, cujus magisterium totam, vel fere totam attentionem promeruit; nam pro dicto prædicationis munere præter superius adnotatam institutionem exiguntur aliæ naturales, et acquisitæ dotes, quæ præstantibus theologis possunt deficere. Ab hujusmodi autem inferiori æstimatione gravissimæ promanant incongruentiæ, cum pauco ordinis decore, et magno Ecclesiæ præjudicio, non enim sunt multi, qui studeant, et adlaborent pro assequenda instructione, et dotibus ad sublime adeo, et utile ministerium necessariis.

Hisce igitur, pluribusque aliis in definitorialibus conferentiis, quibus interfui, ponderatis, et utendo facultatibus per enunciatum apostolicum Breve nobis tributis ad disponendum, exequendum, exercendum, et exequi faciendi quidquid sit, vel foret quomodolibet necessarium, pro hujusce provinciæ regimine, præ oculis habentes Brevia, et decreta apostolica, quæ id concernunt, et præsertim enunciatum Breve nuncupatum *Tripartita* sub datum 21 februarii 1783. injungimus, et mandamus, ut in hac provincia capita, et quæ sequuntur dispositiones perpetuo serventur, impleantur, et exequutioni demandentur.

I. In novitiatu curent magistri, ut novitii singulis diebus saltem per horam, et si fieri possit per duas horas in studio Latinæ linguæ se exerceant.

II. Emissa professione studio literarum humaniorum, et Græcæ, ac Hæbraicæ linguarum religiosi operam dent, quo in studio per triennium se occupent, insumptis primævis mensibus decem, et octo in grammatica Latina, rhetorica, et poesi perfecte addiscenda; reliquis vero decem, et octo mensibus, quin negligatur studium præsertim rhetoricæ in deliberandis principiis, et syntaxibus linguarum Græcæ et Hæbraicæ: superata enim tali modo gravi difficultate horum idiomatum poterunt deinde juxta cujuslibet individui inclinationem in illis summopere proficere.

III. In primo anno cum dimidio studeant rhetoricæ juxta elementa patris Calixti Hornero Scholarum Piarum, vel alterius brevis, et methodici auctoris; memoriæ mandent discipuli artem poeticam Horatii, quæ quam plura principia ad recte sententiandum accommodata, et excellentes philosophiæ, tum vitæ civilis sententias complectitur, simulque ipsis aliqua ex bonis hujusmodi operis interpretationibus ostendatur, præsertim, quæ a D. Thoma de Triarte confecta est, eximia plane, et notis instructa per quam appositis. Perlegendæ ipsis dentur selectæ orationes, et declamationes Ciceronis, et opera Salluxtii, Titi Livii, aliorumque bonorum auctorum, et explicata prius illis mensura, et numero præcipuorum metrorum latinæ poeseos perlegendi pariter illis porrigantur aliqui ex melioribus poetis, præsertim Virgilius, et Horatius, ac curetur, ut videant aliquot partes operum utriusque auctoris a magistro fr. Ludovico de Leon vernaculo sermone redditas, uti etiam aliquos psalmos, et capita Job ab eodem eximio viro in carmina Castellana conversa, ipsisque indicetur in illis operum latinorum partibus tam versu, quam soluta oratione, in quonam consistat excellentia, lepor, et elegantia, hic enim est melior docendi modus, prout admonet sapiens Rollin in tractatu de studiis, curentque magistri, ut ab ipso exordio, durante hujusce studii tempore in familiaribus colloquiis religiosi adolescentes latine loquantur emendate tamen, et eleganter, quo diversi tractatus Ludovici Vives ad hujusmodi materiam spectantes haud

parum conducunt, et præsertim ille cui titulus *Exercitatio linguæ latinæ, et alter de conscribendis epistolis*, et postquam fuerint in Latina lingua sufficienter exercitati, lucubrationes exarent eloquentes in materia morali, et sacra, dividendo partes cujuscumque lucubrationis, ipsasque explicando, uti etiam opportunam troporum, et figurarum juxta argumentum applicationem, cujus rei causa methodus, et exempla rhethoricæ ipsis inservient.

IV. Illico destinentur duo instructi religiosi, unus pro antiqua, et alter pro nova Castella, qui jam philosophiam legerint, quorum unus ad Complutensem conventum, alterum ad Salmaticensem continuo se conferat, ut in linguis Græca, et Hæbraica se instruant, quo in studio, itemque in literis humanioribus tres annos insumant, hocque tempus, et illud per quod legitimis muniti patentalibus literis philosophiam docuerint ipsis pro quindennio necessario ad obtinendam jubilationem, et magisterium erit computandum.

V. In prædicto triennio non inchoetur in provincia philosophicus cursus, et choristæ, qui dictæ facultati sub lectoribus legitime institutis actu non studeant, choristæ inquam veteris Castellæ ad Salamantinum, qui autem ex nova sunt ad Complutensem respective conventus proficiscantur, ut per idem tempus magistris præfixum prædictarum linguarum, literarumque humaniorum studio incumbant, et utrique vivant sub directione antiquioris ordinis magistri, qui in quacumque ex præfatis universitatibus sit cathedraticus.

VI. Choristæ, qui tam in veteri, quam in nova Castella sub lectoribus legitimas patentales habentibus philosophiæ studio actu incumbant, expleto cursu, choristæ itidem veteris Castellæ Salamanticam, reliqui autem Complutum contendant, ut per reliquum triennii tempus præfixi pro illis, qui magistri esse debebunt, literarum humaniorum, et linguarum studium prosequantur, tum rursus choristæ veteris Castellæ ad Segobiæ, cæteri e nova ad Matriti respective conventus una cum suo magistro pergant ibi expleudo triennium literarum humaniorum, et linguarum, et hi duo conventus pro hujusmodi studio perpetuo designati sunt.

VII. Ita absoluto literarum humaniorum, et linguarum studio inchoent discipuli curriculum philosophiæ, cui per aliud triennium incumbent, utentes per duos primos annos interea, ut usque dum melior non prodeat cursu philosophico ab Altieri conscripto, in postremo autem anno præter repetitionem cursus præfati studeant alicui compendio philosophiæ moralis illi ex: gr: a Petro Schwaan confecto, vel alii huic simili, in quo clara, et scholastica methodus effulgeat; et perpetuo itidem destinati sunt pro domibus philosophiæ in nova Castella Requenæ, et in veteri nostræ Dominæ de los Valles respective conventus, ac inter eos pro proportione sine differentia trium collegiorum provinciæ dividantur discipuli.

VIII. Expleto philosophiæ cursu per sexennium vacabunt studio theologiæ, scholasticæ, et moralis divisi in conventus, Complutensem, Toletanum, Salamantinum, et Vallisoletanum, et in unoquoque ipsorum duo tantummodo erunt theologiæ lectores, unus pro scholastica, quæ matutinis, et alter pro morali, quæ vespertinis respective horis tradi debent: sequentur vero pro nunc quoad primam cursum Carmelitæ Gauci, et quoad secundam cursum Henrici a sancto Ignatio, nisi aliquod obvenerit impedimentum, vel alterius auctoris bonæ moralis, et in quolibet cursu, qui, ut supra dictum est, ad sexennium extenditur in schola moralis detur juris canonici compendium, idque interea poterit esse, quod a patre Remigio Maschat Scholarum Piarum est exaratum; jus enim canonicum firmum est moralis theologiæ fundamentum, et nusquam in quocumque alio conventu aliæ cathedræ thologiæ scholasticæ, vel moralis esse debent.

IX. Absente, et infirmitate detento aliquo ex lectoribus theologiæ, vel philosophiæ, et humaniorum literarum magister studentium, qui pro quolibet ex dictis cursibus eligetur non aliter nominandus, quam hactenus factum est, vices illius suppleat, quin tempus magisterii studentium ad jubilationem ei suffragetur, id tamen pro speciali merito ipsi erit assequendam cathedram, si durante hujusmodi magisterii munere fungatur suo exacte præsidendo conferentiis ad eumdem spectantibus, discipulosque instituendo sollicite omnino, et diligenter respectivum lectorem coadjuvando.

X. Ad præscriptum constitutionum ordinis in singulis conventibus, in quibus literarum humaniorum, vel philosophiæ, aut theologiæ adsit studium construantur professoria, sive mansio-

nes professis, ubi studentes, durante toto studiorum tempore; vel saltem usque dum presbyteri sint seorsum a reliqua communitate vivant; cum enim districta clausura, et abstractio, ratio, et via utilissima sint non solum ad bene vivendum, sed etiam ad proficiendum in literis decet eos durante toto tempore studii superius præfinito in professorio immorari.

XI. In dictis professoriis versari debent et lectores, et magistri studentium, ac inibi lector antiquior, et ipso deficiente, qui in antiquitate ei proximus est, utrisque autem deficientibus, magister studentium præsideat.

XII. Absoluto triennio studii literarum humaniorum coram admodum reverendo patre provinciali, magistris pulpiti, et cathedræ lectoribus actualibus domus, et concionatore conventuali conventus per eumdem admodum reverendum patrem provincialem designandi, qui quidem conventus omnino esse debet domus studii theologiæ studentes religiosi concursum expleant, adnotatis in libro huic rei destinato censuris, quas unusquisque proferet, idemque servetur expleto philosophiæ, et theologiæ respective studio; prædictæ autem censuræ ab admodum reverendo patre provinciali, ejusque secretario, aliisque examinatoribus debeant subscribi, et in illis major eorumdem judicum suffragantium numerus prævaleat.

XIII. Singuli choristæ ad studium cogantur, quique in literis humanioribus, et linguis minime profecerint ad eumdem cursum explendum rursus contemplantur, et ita intelligatur quoad philosophiæ, et theologiæ cursus, licet religiosi prædicti in sacro presbyteratus ordine constituti reperiantur, eos pœnis pro merito cogendo, ut studeant pœna numquam alicui inflicta privationis, cursus literarum, poterunt tamen cathedræ, et pulpiti exercitio privari, qui ob malam vitæ rationem, vel abstractionem a studio ministeriis hujusmodi privari, et expoliari meruerint.

XIV. Cum sit deputandus lector literarum humaniorum, et linguarum pro veteri, et alter pro nova Castella, hujusmodi nominatio fiat in religioso filio alterius ex conventibus respective Castellæ, et hoc idem servetur quoad geminos philosophiæ lectores, utque quantum fieri possit tripartitas distributio vigeat, illi collegio novæ Castellæ, cui non sit lector literarum humaniorum, vel philosophiæ assignetur omnino una ex octo theologiæ cathedris jam præstitutis ultra designatas collegio Vallisoletano, quod est in veteri Castella; hoc enim collegium juxta superius præscripta habere debet duas cathedras, alteram literarum humaniorum, et philosophiæ alteram: si quod vero ex duobus prædictis collegiis novæ Castellæ remaneret sine cathedra literarum humaniorum, et philosophiæ, ipsi dandi erunt alii duo ex octo prænotatis lectores theologiæ, quo in tribus collegiis numeri cathedrarum æqualitas servetur.

XV. Lectores literàrum humaniorum, et linguarum æque ac illi philosophiæ tres cursus continuatos, scilicet per novem annos in supradictis facultatibus expleant omnino antequam theologiæ cathedram conscendant, tali methodo viri hujusmodi facultatibus versati minime deficiant. Effluxo vero novennio theologiæ cursum incipiant per sexennium tantummodo duraturum, necessarium utique ad complementum quindennii pro magisterio obtinendo in prima ex qualibet chathedra utriusque Castellæ, quæ sit vacatura, nulla habita differentia, nulloque concursu, ac prælatione data in casu concurrentiæ antiquiori in religiosa professione.

XVI. Jubilationes, et magisteria in futurum pro pulpito æque, ac pro cathedra obtineantur, ea tamen adjecta necessaria conditione, ut concionator conventualis in unoquoque assignati quindennii annos triginta saltem conciones methodo, et doctrina approbatione dignas habuerit; quoad numerum vero concionum a suo respectivo priore quotannis testimonium accipiet, et admodum reverendus pater provincialis, et definitoria certiora se reddant, qua ratione libuerit in conciones, vel sermones sint doctrina, et spiritu probabiles.

XVII. Ad obtinendas jubilationes, et magisteria pulpiti sit quoque conditio necessaria, ut concionatores fuerint conventuales saltem per sexennium in aliquo ex conventibus, nempe Matritensi, Toletano, Segobiensi, Abulensi, Vallisoletano, Salamantino, et Complutensi, in quibus æque ac in reliquis provinciæ conventibus unus tantum concionator conventualis esse possit.

XVIII. Ut quis assequatur titulum concionatoris conventualis in aliquo ex supradictis conventibus statim ac vacatio occurrat, fiat concursus coram

admodum reverendo patre provinciali ejusque secretario, patribus magistris cathedræ, et pulpiti lectoribus theologiæ, et concionatore conventuali illius conventus ubi concursus instituitur, qui quidem conventus domus studii theologiæ necessario esse debet. Huic autem examini poterunt etiam concionatores conventuales aliorum conventuum se se subiicere, qui examinentur in oratoria sacra, et rursus super libris canonicis utriusque Testamenti, et controversiis quoad eorum authenticitatem, super sensibus divinæ Scripturæ æque, ac super translationibus majorem habentibus authenticitatem, et sanctis patribus, qui super aliquibus ex libris sacrarum paginarum scripserunt, denique super interpretibus majoris notæ. Interrogationes vero et responsa sint in scriptis. Demum in præfinito viginti quatuor horarum termino conficiant oportet brevem orationem de argumento ipsis proposito, quam quidem scriptam tradent, illamque coram examinatoribus proferrent ad hoc, ut hi dotes exteriores, quibus unusquisque sit præditus, valeant dignoscere, quin oporteat, ut concio hæc memoriter recitetur, et prædicatura vacans per majorem suffragiorum numerum conferatur.

XIX. Jubilationes, et magisteria quoad lecturam enunciatarum facultatum literarum humaniorum, philosophiæ, ac theologiæ, et quoad pulpitum sint æqualia, et absque ullo honoris voti in capitulo, cæterarumque prærogativarum discrimine. Inter graduatos autem in hujusmodi facultatibus, et in pulpito antiquior præcedat, et hoc ordine servato, connumerentur absque differentia cathedræ, et pulpiti novem magistri antiquiores cujuslibet ex utraque Castella, qui votum habere debent in capitulo provinciali, exclusis, prout usque adhuc exclusi fuerunt concionatores, qui jubilationem obtinuerint, et obtineant, quin studium concursus examina, et reliqua quoad futurum, ut supra præscripta minime expleverint.

XX. Ad assequendum magisterium cathedræ æque, ac pulpiti quindennium lecturæ, vel prædicationis conventualis modo superius adnotato præcedat oportet, quique actu legunt theologiam legitimis muniti patentalibus literis prosequi debent in conventibus, in quibus existunt usque dum præfinitum quindennium expleatur, quod pariformiter explere debent actuales concionatores de conventu pro sua jubilatione, quæ nullam differentiam ab illa, quam usque adhuc obtinuerunt; præseferat. Magisterium autem prædictum pulpiti obtinebunt, qui in posterum cursum literarum humaniorum, et linguarum, philosophiæ, et thologiæ fuerint prosequuti, prævio examine in cunctis hisce facultatibus, et dummodo prædicationis munere in præfatis conventibus fungantur, idque juxta superius disposita.

XXI. Cum per quindennium igitur facultates literarum humanarum philosophiæ, et theologiæ, methodo ut supra præscripta legerint, ac cursum pulpiti fuerint prosequuti absoluto duodecim anno studii literarum humanarum philosophiæ, et theologiæ, et peractis competentibus examinibus, sic in posterum magisterium cathedræ, et pulpiti obtinebunt; in proximo quippe definitorio provinciali erit in primis declarandum candidatum, seu postulantem omnia ad obtinendum magisterium adamussim exolvisse; subinde provincialis intra quindecim dies omnimode a facta declaratione hujusmodi computandis per eum, qui erit ab epistolis sui officii provincialis mittet magistro generali ordinis pro tempore existenti exemplar ejusdem declarationis manu propria signatum, ac interim in libris sui officii hujusmodi diem, in qua exemplar hujusmodi ordinario tabellario traditum fuit, accurate adnotabit. Quod si intra quadrimestre ab hac die computandum proxime futurum magister generalis omiserit literas patentales novi magistri dare, tunc provinciales literas hujusmodi ab eo, qui est ab epistolis provinciæ signatas, nullo soluto stipendio, concedet; ita tamen, ut candidatus a conventu, in quo commoratur minime discedet, sed in utroque eventu de manu prioris conventus hujusmodi nulla soluta propina, aut facto sumptu, aut servata solemnitate gradum hujusmodi suscipiet, ac ubi contingat, patentales hasce literas, ut præfertur, dari, a provinciali tunc hæc omnia ab eo peragi censetur veluti delegatus a magistro generali in vim absolutæ delegationis ab hisce statutis auctoritate apostolica confirmatis præsumptæ.

XXII. Si quis religiosus provinciæ obtineret, vel obtinuisset cathedram cujuscumque classis literarum humaniorum ex: gr: philosophiæ moralis, et linguæ Græcæ, et Hæbraicæ in aliqua ex universitatibus, scilicet Salamantina, Vallisoletana, et Compluten-

si, idemque intelligendum est de philosophia scholastica, theologia, jure canonico, sacra Scriptura, vel alia qualibet facultate, lingua, vel scientia, pro qua in dictis universitatibus cathedra existat, semper ac verificetur legisse per quindecim annos scholasticos in universitate magisterium ordinis assequatur, cum iisdem honoribus, voto, et prærogativis æque, ac religiosi, qui in ipso ordine per simile tempus cursus cathedræ, et pulpiti, ut supra statutum est explent. Et pro relato quindennio ii etiam computentur anni, per quos jam legerit in cathedra ordinis, licet hoc contigerit in facultate distincta ab illa, quam in universitate docuerit.

XXIII. Si qui religiosi confessarii, licet cursum concionum conventualium non fuerint sequuti, sint tamen probatæ vitæ, et doctrinæ, ac quadragenario majores dedicare se vellent sancto missionum exercitio, pariformiter examinentur, et accedente approbatione, pro majori suffragiorum parte, proficisci valeant ad hujusmodi sanctum exercitium, dummodo solus non pergat, et veniam domini episcopi in cujus diœcesi habendæ sint missiones obtinuerint, et quatenus in missionibus præfatis per viginti annos continuatos, vel interpolatos, et quotannis per duos saltem menses continuatos se se exercuerint, quod constare debeat testimoniis parochorum respective locorum magisterium pulpiti cum iisdem prærogativis æque ac cæteri magistri obtineant.

XXIV. Admodum reverendi patres provinciales nulli religioso, qui literarum humaniorum philosophiæ, et theologiæ concursum seu appositiones cum approbatione non substinuerit, patentes literas concionatoris valeant concedere.

XXV. Licentias itidem pro confessariis dare nequeant nisi postulantes fuerint examinati, et approbati majori suffragiorum parte in aliqua ex domibus studiorum.

XXVI. Denique in posterum duo antiquiores confessarii vocem non habeant in capitulo. Experientia enim comprobavit graves molestias, et vitæ periculum, quod in itineribus subire cogebantur, ipsi enim in valde provecta ætate necessario constituti esse debent.

Quidquid igitur statutum legitur in anterioribus XXVI. capitibus utriusque majestatis servitio, majori hujus sanctæ provinciæ decori, publicæque utilitati congruum esse dignovimus, hinc, utendo facultatibus nobis attributis, mandamus, ut in posterum quidquid in prædictis XXVI. capitibus continetur, quin in toto, vel parte ullo modo variari possit, perpetuo servetur, impleatur, et executioni demandetur. Tempore autem opportuno admodum reverendo definitorio hoc decretum intimabimus, et significabimus. Datum Matriti 14 augusti 1786.

D. Petrus Joachim de Murcia
Magister Fr. Franciscus Perez secretarius capitularis.

§. 23. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Karolus rex catholicus quo, ut præfertur, in capitulo gesta nullo unquam tempore obliterari possint, ac præinserta capitula, ac decretum firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui rectam dictæ provinciæ administrationem, et felices progressus sinceris exoptamus affectibus, piis dicti Karoli regis catholici votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, omnes, et singulas personas, quarum favore præsentes Nostræ literæ concernunt, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, omnia, quæ in dicto capitulo provinciali gesta esse noscuntur, seu non præinserta capitula, et decretum, ac quæcumque in eis contenta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis infirmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea, ut facilius omnia, et singula in dictis capitulis, et decreto disposita exequantur, ejusdem Karoli regis catholici precibus etiam hisce desuper porrectis suffragantes, eidem Petro Joachimo de Murcia, nec non dilectis filiis Idelphunso Camacho archidiacono de Talavera ecclesiæ Toletanæ, et a confessionibus dilectissimi filii Nostri principis Asturicensis, et magistro Franci-

Confirmatio apostolica.

sco de Azedo e Torres prælato Nostro domestico, ac canonico ejusdem ecclesiæ Toletanæ, ac altero ex consiliariis regii consilii Castellæ de quorum fide, prudentia, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus per præsentes in earumdem Nostrarum literarum exequutores ad quinquennium auctoritate apostolica constituimus, et deputamus, illisque propterea per easdem præsentes committimus, ac mandamus, ut omni diligentia, ac sedulitate quæcumque in præinsertis capitulis, ac decreto disposita sunt, a fratribus dictæ provinciæ solerter adimpleri, ac exequi procurent. Nos enim eis præter omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa capitula, et decretum, et circa illa, quæ ad optatam observantiam ea perducenda pertinent, faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ pro locorum, ac rerum circumstantiis componere, et constituere pro illorum prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexerint, facultatem, quam illis auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur; illis insuper durante quinquennio prædicto jus omnes, et singulos scientiarum, quæ in dicta provincia docebuntur, lectores nominandi auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

Mandatum de observando statuta, et poenæ contra inobedientes.

§. 24. Mandantes propterea omnibus, et singulis prioribus, superioribus, fratribus, aliisque personis provinciæ, et ordinis prædictorum in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis, ut memoratis Petro Joachimo, Idelphunso, et Francisco in præmissis omnibus, et singulis prompte pareant, et obediant, illorumque salubria monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnas, quam, seu quas ipsi rite tulerint, seu statuerint, in rebelles ratam, seu ratas habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 25. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 26. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non provinciæ, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.

## DCCVIII.

Dat. die 15. julii 1788 Anno XIV.

**Confirmatio, et approbatio codicis legum, et statutorum pro recta administratione archigymnasii Romani.**

### Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Postquam divinæ sapientiæ consilio ad Ecclesiæ catholicæ per universum orbem diffusæ regimen, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, evecti fuimus, ex eo tempore Nos, divina afflante gratia, nedum de iis specialem curam suscipere non destitimus, quæ, sicut officii Nostri ratio præsertim postulat ad divinum ubique cultum promovendum, Ecclesiæ disciplinam incorruptam servandam, ac animarum Christifidelium sollicitudini Nostræ concreditarum salutem procurandam maxime cognovimus pertinere; verum etiam a Nobis ea desiderari passi non sumus, quæ ut temporali Nostrorum in primis huic sanctæ Sedi subditorum bono consuleretur apprime necessaria esse intelleximus.

Memorantur opera in utilitatem ipsius archigymnasii [illegible] ordinata.

§. 2. Quamobrem suavissimos, atque uberes fructus a viris literarum scientia præditis in agro Dominico in dies produci, atque tum pro spiritualium, tum etiam pro temporalium rerum administratione in hac vita tenebris, et ambagibus plena utilem, immo necessarium esse illarum usum serio perpendentes; nec non Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, et præsertim felicis recordationis Leonis pp. X. et Benedicti pp. XIV., qui vel ob auctum in hujus almæ urbis Nostræ archigymnasio, et studio generali antecessorum numerum, vel ob præscriptas in eo leges de literis, ac studiis sunt optime meriti, exempla animo revolventes, quoties Nobis occasio oblata est, excitandi studiosam iuventutem, ut omni diligentia, ac sedulitate scientiis vacaret, illam libenter tenuimus, neque facile omisimus. Hinc tres novas cathedras in eodem archigymnasio, de locis scilicet Theologicis, de arte Obstetricia, et de Chirurgia practica, et forensi novissime ereximus; ac etiam desideriis, quæ ad ipsius archigymnasii utilitatem pertinere dignoscuntur congruum præstandum esse suffragium arbitramur.

Collegio advocatorum consistorialium competit jus condendi statuta pro eodem archigymnasio.

§. 3. Dilecti siquidem filii collegium advocatorum consistoralium, quibus juxta fel. rec. Sixti pp. V. Clementis pp. VIII. Alexandri pp. VII, et Benedicti pp. XIV. prædecessorum Nostrorum concessiones competit statuta, et ordinationes pro meliori ejusdem archigymnasii regimine, et administratione condere, facere, et publicare, atque illa, seu illas toties quoties eisdem, seu eorum majori parti expedire videbitur mutare, et innovare, exponi Nobis nuper fecerunt, quod dilectus filius Carolus Aloisius Constantinus sacræ consistorialis aulæ, et pauperum advocatus, ac dicti archigymnasii rector deputatus, ut Nostræ suffragaretur voluntati, tum ex antiquis, et vigentibus, tum ex novis dicti archigymnasii legibus, quas Nobis annuentibus, propositis novis præmiis illis, qui in literariis quotannis iterandis periculis victores evasissent, præscripserat, approbantibus etiam duobus advocatis consistorialibus, dilectis nempe filiis magistro Prospero Bottinio utriusque signaturæ Nostræ referendario, et altero ex prælatis ponentibus congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super consultationibus civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici auctoritate apostolica deputatorum, et Josepho Benetti fisci, et cameræ apostolicæ advocato, quos sibi in consilium ab initio usque sui rectoratus assumpserat, novum concinnavit pro recta ipsius archigymnasii administratione legum, ac statutorum codicem tenoris, qui sequitur videlicet.

### REGOLAMENTO

### DELL'ARCHIGINNASIO ROMANO

Memorantur pontificum beneficentiæ erga Romanam universitatem.

§. 4. L'insigni benefizj accumulati dalla Santità di nostro signore felicemente regnante sulla Romana università dimostrano all'evidenza, che se devesi a Leone X. la ristorazione, ed a Benedetto XIV. la riforma; a Pio VI. si deve la perfezione dell'archiginnasio Romano. Le scuole collocate tutte ad un piano per servire al decoro, ed al comodo dei professori, e delli studenti: la tranquillità restituita con rinnuovare efficacemente la proibizione d'ogni strepito nella strada soggetta: le regole ristabilite nella loro esatta osservanza: il calendario adattato al pubblico vantaggio: le ore, e le materie divise in guisa, che tutto possa insegnarsi con ordine senza complicazione di tempi: gli sperimenti chimici, e fisici, le dimostrazioni anatomiche, e botaniche, e le operazioni di chirurgia distribuite

nei giorni vacanti, acciocchè servano al profitto dei giovani senza distrarli dalle lezioni catedratriche; e finalmente la nuova fondazione delle tre catedre quotidiane dei luoghi Teologici, dell' Ostetricia, e della Chirurgia anche forense, formano un complesso di beneficenze, che esiggono dal pubblico un' eterna gratitudine, e dalli studenti un' impegno costante per trarne il corrispondente profitto.

Etiam collegia urbis nonnihil conferendum duxerunt ſavore eorum qui studia colunt in archigymnasio Romano.

§. 5. L' esempio del sovrano ha risvegliato in tutti lo zelo di contribuire a gara all' eccitamento della studiosa gioventù. Il collegio rettorale degli avvocati concistoriali, ritenuto fermo il solito premio annuo delle quattro lauree ad onore, due in legge, una in s. teologia, ed una in medicina, ha stabilito di addottorare gratis a titolo di premio tutti quelli, che compito il corso legale saranno approvati nell' esame da farsi dai professori della classe, che hanno generosamente condonati tutti gli emolumenti dovuti loro dagli addottorandi: ha voluto altresì, che si conferiscano gratis nel modo suddetto li rispettivi magisterj di premio nella facoltà criminale, nelle arti, e nelle lingue; ed al premio della medaglia d' oro per l' ostetricia ha aggiunto un premio con un' attestato onorifico per la chirurgia. L' insigne collegio teologico si è ancora egli segnalato, decretando il gratuito dottorato di premio a tutti quelli, che compito il corso delle materie sagre, si presenteranno all' esame, e saranno ritrovati degni d' ottenerlo. E se l' eccellentissimo collegio Medico, atteso il corso triennale della sua facoltà, non ha potuto fare altrettanto, ha voluto però aggiungere al solito dottorato ad onore una laurea di premio da conferirsi ogni anno a quel soggetto, che nel concorso alla laurea ad onore si troverà degno di questa seconda onorificenza.

Divisio statutorum.

§. 6. Dai regolamenti, che si pubblicano potrà ognuno riconoscere tutto il piano dell' università Romana. Per uso dei professori, e degli studenti si è creduto di riunire cotesti regolamenti in un solo punto di vista. Si vedrà così, che tutto pienamente s' insegna col miglior ordine, e metodo nell' archiginnasio Romano. Il merito dei chiari professori è tanto conosciuto, che si farebbe loro un torto se si volesse annunziarlo. Il loro nome è abbastanza celebre; ed il rigore, con cui si procede nel conferire le cattedre assicura all' università la continuazione d' una serie d' uomini incomparabili. Nulla manca alla studiosa gioventù nella Sapienza di Roma, e per compimento di comodo la biblioteca Alessandrina accresciuta, ordinata, ed arricchita d'un nuovo esattissimo indice somministra loro la continua opportunità di maturare sui libri ciò, che imparano nelle scuole, per rendersi degni di ottenere quei premj, che si sono destinati a tutti quelli, che saranno meritevoli di conseguirli.

In quattro capitoli si divide questo regolamento.

Il primo tratta delle solenni funzioni, del calendario, e della biblioteca.

Il secondo del numero, elezione, stipendj, e doveri dei professori.

Il terzo delle materie, che si leggono nell' archiginnasio Romano.

Il quarto dei privilegj dei professori, e degli scolari, della matricola, e dei diversi premj, ed onori, che si conferiscono agli studenti.

## CAPITOLO I.

*Delle solenni funzioni, del calendario, e della biblioteca.*

Tenor statutorum, ac primum de ſunctionibus solemnibus, de calendario, et bibliotheca.

§. 7. Si aprirà l' archiginnasio ogni anno la mattina dei 5. novembre, con la celebrazione di una messa solenne nella propria pubblica chiesa, alla presenza di tutto il corpo dell' università; dopo di che si pubblicherà dal bidello il rotolo, l' editto, ed il calendario.

Se per essere giorno di domenica li 2. novembre la commemorazione dei fedeli defonti caderà nel giorno 3. si anticiperà la suddetta funzione alla giornata precedente.

La mattina dei 4. novembre tutto il corpo dei lettori farà la solenne professione della s. fede avanti all' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal camerlengo, ed al rettore deputato.

Il giorno 25. di novembre si reciterà da un professore, che il rettore avrà destinato, l' orazione inauguratoria dei nuovi studj nella chiesa dell' università.

Nei giorni di mercoledì, venerdì, e sabbato ultimi di carnevale si celebreranno li solenni anniversarj di papa X., degli avvocati concistoriali, e dei professori defonti: e nel primo dei suddetti giorni si reciterà un' orazione in lode del suddetto pontefice da un professore destinato dal rettore.

Per la festa di s. Ivo titolare della chiesa, e protettore del collegio rettorale degl' illustrissimi, e reverendissimi signori cardinali.

Il giorno 22. luglio, se sarà feriale, e cadendo in domenica il giorno precedente, si conferiranno pubblicamente li gradi di onore, e di premio alli studenti nella gran sala; d' onde tutto il corpo dell' università passerà alla chiesa per assistere alla solenne messa di ringraziamento all'Altissimo per l'anno scolastico felicemente terminato.

Interverrà tutto il corpo dell' università alle pubbliche dispute, che dai nuovi uditori di Rota, e dai nuovi avvocati concistoriali si sosterranno nella gran sala della cancellaria apostolica, con il permesso, e l' approvazione del rettore deputato.

Le scuole incominceranno sempre la mattina dei 5. novembre, ancorchè cadesse in giovedì, e cadendo in domenica si salirà in catedra il giorno 6.

L' ultima lezione sarà sempre il dì 27. giugno, e cadendo in domenica il giorno 26.

Fra questi due termini si distribuiranno annualmente nel calendario 137 *docetur* per realizzare poi lezioni 135. effettive, lasciando li due *docetur* di più al caso di qualche vacanza straordinaria.

Per ottenere il suddetto numero di *docetur* nello spazio prescritto, e nelle diverse rivoluzioni degli anni, le vacanze ordinarie saranno ridotte invariabilmente come segue.

Sarà vacanza tutte le domeniche, ed altre feste di precetto.

Il giovedì sarà vacanza solamente quando sarà necessario per impedire la quarta lezione consecutiva.

Sarà vacanza altresì nei giorni dedicati a s. Caterina v. e m. a s. Ivo; e così pure nel giorno anniversario della elezione, o della coronazione del sommo pontefice, secondo che sarà più opportuno per il numero stabilito di *docetur*.

Sarà vacanza per il ss. Natale dalli 24. decembre inclusivamente a tutto il primo di gennajo. Per carnevale dal primo sabato a tutto il giorno delle Ceneri. Per pasqua di Resurrezione dalla domenica delle palme alla terza festa.

Sarà vacanza straordinaria.

1. In occasioni di processioni solenni, alle quali intervenga il sommo pontefice con il s. collegio per l' apertura di un solenne giubileo.

2. Nel giorno di concistoro pubblico, e non mai di concistoro segreto, ancorchè si creassero, e si pubblicassero dei nuovi cardinali.

3. Nel giorno d'ingresso pubblico di un nuovo cardinale, o di un legato a latere.

4. Nel giorno finalmente delle pubbliche dispute di un nuovo uditore di Rota, o avvocato concistoriale.

Nei casi non preveduti, che potessero sembrare degni di una straordinaria vacanza, dovrà ottenersi la licenza in scritto dal rettore deputato da affiggersi il giorno avanti nella sala dei professori, senza di che non potrà mai cessarsi dal leggere.

Se l' anno caderà in modo, che con queste regole si dasse luogo a più di 137. *docetur*, per quell' anno solamente si segneranno tante vacanze di più in quei giorni, che sembreranno opportuni, quante se ne ricercheranno per non oltrepassare li 137. *docetur*.

Quando inoltrato verso il suo termine l' anno scolastico si vedrà escluso in tutto, o in parte il caso delle vacanze straordinarie, il rettore dichiarerà vacanti uno, o due giorni secondo occorrerà per non eccedere mai il numero prescritto di 135. lezioni nette, ed effettive.

Li professori di notomìa, di chimica, di fisica, e di chirurgìa, che hanno il peso degli sperimenti, operazioni, o dimostrazioni, siccome l'eseguiscono nei giorni di vacanza, prenderanno così il riposo nel giorno avanti alli sperimenti, o dimostrazioni rispettive, che si valuteranno in luogo di lezione.

Con la stessa regola procederà il lettore di botanica, che nell' ostensioni delle piante recitando 24. dissertazioni, ed alcune di queste, dopo finite le scuole, dovrà dare cento undici lezioni, che con le 24. dissertazioni compiranno il prescritto numero di 135.

In ogni giorno di scuola suonerà la campana alle ore seguenti:

*La mattina.*

Dalli 5. novembre a tutto gennajo alle ore 14.

Dal primo all' ultimo febbrajo alle ore 13. e mezza.

Dal primo di marzo a tutti li 15. dello stesso mese alle ore 13.

Dalli 16. marzo a tutto quel mese alle ore 12. e mezza.

Dal primo all' ultimo d' aprile alle ore 12.

Dal primo all' ultimo di maggio alle ore 11. e mezza.

Dal primo alli 27. di giugno alle ore 11.

*Il dopo pranzo*

Dalli 5. novembre alle vacanze di carnevale alle ore 20.

Dal secondo giorno di quadragesima alli 27. di giugno alle ore 19. e mezza.

Le scuole incominceranno sempre un' ora in punto dopo l' ora assegnata al suono della campana.

Tutte le mattine di scuola mezz' ora prima dell' ingresso si celebrerà la s. messa nella pubblica chiesa per comodo delli studenti, e dei professori.

In tutto il tempo delle lezioni tanto quotidiane, che straordinarie saranno tirate le catene ai due capi della strada sottoposta alle scuole per impedire il passaggio alle carrozze, ed ai carri: è non sarà ivi permesso strepito, o clamore di qualunque sorta, sia per esercizio di qualsivoglia arte, o per qualsisia altra cagione, a forma dell' editto pubblicato li 13. settembre 1787.

Le ore di scuola saranno tre la mattina, e due dopo il pranzo.

Non permettendo la distribuzione, ed il numero delle scuole, e dei professori, che si assegni ad ogni lezione lo spazio d' un ora, e mezza, o almeno d' un ora, ed un quarto, come stilasi in altre università, dovrà assolutamente essere intiera, e compita l'ora prescritta, senza alcuna benchè menoma tolleranza, nel modo, e con le multe stabilite dalla costituzione di Leone X., dal chirografo di Benedetto XIV., e dal moto proprio segnato a piè del rotolo dalla Santità di nostro signore papa Pio VI.

Perciò li signori professori si troveranno adunati nella loro sala, e vestiti in zimarra prima che suoni l'ora destinata. Al toccare dell' orologio il bidello puntatore, che sarà in abito, pronuncierà le parole *est ora DD.* e preso il caduceo, sortirà subito dalla sala, darà il segno con la campanella, e servirà li signori professori, precedendoli senza ritardo fino alla porta delle rispettive scuole, d' onde ricondurrà alla sala suddetta quelli, che dovranno allora finire di leggere. Noterà immediatamente li professori, che non fossero saliti in catedra nel tempo prescritto, o ne fossero discesi prima del segno suddetto, ed aggiungerà all'arrivo dei primi il tempo preciso del ritardo. Suonata la mezza d' ogni ora di scuola le visiterà tutte distintamente, e scriverà nel libretto delle puntature il numero degli studenti di quelle scuole, che non arrivassero ad averne sette. Mancando in qualunque cosa al suo uffizio egli per la prima volta sarà multato ad arbitrio: per la seconda sarà privato del salario, e di tutti gli emolumenti per un semestre; e per la terza negligenza sarà privato dell' impiego, e diverrà inabile ad ottenerlo di nuovo, a tenore della costituzione di Leone X.

La biblioteca dell' università si aprirà a pubblico comodo in tutti li giorni di scuola mezz' ora prima dell' ingresso tanto la mattina, che il dopo pranzo: e resterà aperta la mattina quattr' ore continue, ed il dopo pranzo due ore e mezza.

Acciocchè nelle ferie estive possano li studenti coltivare le scienze, e facoltà apprese nelle scuole, la libreria continuerà a tenersi aperta ogni mattina per quattr' ore continue dalla festa dei ss. apostoli Pietro, e Paolo a tutti li 15. settembre, e si chiuderà mezz' ora prima del mezzo dì.

Lo stesso sarà nei primi tre giorni di carnevale, e nei primi tre giorni della settimana santa.

Dopo li 27. giugno si terrà chiusa non solo in tutte le feste di precetto, ma ancora in tutti li giovedì, nei giorni di s. Pietro ai Vincoli, e di s. Agostino, nel giorno della collazione dei gradi d' onore, e di merito, e nei giorni, che vi sarà funzione nella chiesa dell' archiginnasio.

## CAPITOLO II.

*Del numero, elezione, stipendi, e doveri de' professori.*

§. 7. Li professori dell' archiginnasio Romano sono trentuno, oltre li due soprannumeri uno per la classe legale, e l' altro per la classe medica. De numero, electione, stipendiis, ac muneribus professorum.

Di questi cinque si prendono da alcuni ordini regolari: gli altri tutti sono di libera scelta.

Le catedre di libera collazione si provedono per concorso a tenore della costituzione Benedettina *Inter conspicuos* e del chirografo della stessa san: mem: di Benedetto XIV.

Sarà riservato alla suprema sovrana autorità, esclusivamente ad ogni altra,

l' arbitrio di eleggere qualche lettore senza concorso, quando vi sia un soggetto così noto, specialmente per le opere pubblicate, che non vi sia bisogno di fare altra prova della sua abilità detto chirografo §. *Perchè poi.*

Per la classe legale il concorso riguarderà la lettura soprannumeraria, il di cui possessore passerà sempre alla catedra vacante per rimanervi stabilmente. Lo stesso sarà per la classe medica, eccettuate le catedre di chirurgia, e d' ostetricia, per le quali dovrà farsi in ogni vacanza un particolare concorso. Finalmente nella classe delle materie sacre, arti, e lingue si farà pure il concorso ad ogni catedra vacante, non avendo questa classe il lettore soprannumero, attesa la diversità totale delle materie, che la compongono.

Li professori delle suddette catedre di libera collazione potranno sperare la grazia della giubilazione nel modo, e forma, e colla distinzione stabilita nel lodato chirografo del continuo, e diligente esercizio per 20. o per 30. o per 40. anni da contarsi dal giorno, in cui ciascheduno sarà stato ammesso per lettore di numero.

Il professore però d' ostetricia, che senza avere il peso d' essere prima soprannumerario ha il vantaggio d' ottare ai maggiori emolumenti della classe, rilascerà al successore, anche in caso di giubilazione dopo il servizio di 40. anni, la quota dell' onorario stabilita nella fondazione.

Le catedre, che si occupano da alcuni ordini regolari si conferiscono senza concorso, e sono le seguenti.

La prima di s. teologia suole concedersi al padre procurator generale dei Predicatori, colla facoltà di far leggere in sua vece un maestro dell' ordine da approvarsi dal rettore deputato.

La seconda parimenti di s. teologia suole conferirsi ad un maestro dei minori Conventuali.

Quella di teologia morale ad un maestro dell' ordine Carmelitano.

Quella d' etica ad un lettore dei Chierici Minori.

Quella finalmente di s. Scrittura ad un maestro dell' ordine Agostiniano.

Per la prima di queste il nuovo p. procurator generale presenterà al rettore deputato un memoriale diretto a sua Santità, nel quale chiederà la grazia della collazione della catedra. Ottenuta questa, pregherà il rettore medesimo ad abilitare in iscritto il sostituto maestro, ch' egli nominerà per esercitarla.

Vacando alcuna delle altre quattro catedre suddette, il p. generale del rispettivo ordine, presenterà al sommo pontefice per mezzo del rettore deputato una supplica con nota di quattro soggetti qualificati, acciocchè sua Santità possa prescegliere uno a suo arbitrio, e lo stesso dovrà farsi allorchè o per l' avanzata età, o per la cattiva salute, o per qualunque altra ragione vorrà concedersi il riposo al lettore esercente, destinandole un coadjutore con la futura successione.

Le multe, che il coadjutore incorresse, anderanno allora a carico del coadjuto; ed in caso di vacanza l' onorario passerà nel coadjutore senza gli accrescimenti conseguiti, che ricaderanno alla classe per distribuirsi secondo il solito.

Gli appuntamenti delle catedre di legge, e di medicina, e di quella delle matematiche miste saranno quelli stabiliti nel chirografo Benedettino, nella costituzione *Quanta reipublicæ*, e nelle fondazioni della chirurgia, e dell' ostetricia. Rapporto a tutte le altre catedre saranno quelli, che si sono finora osservati.

Lo stesso sarà degli accrescimenti, che secondo il solito si conseguiranno dai soli professori titolari attualmente esercenti.

L' anzianità per gli accrescimenti dovrà desumersi dal tempo, in cui si divenne professore titolare, come si è detto per l' effetto della giubilazione: ma il soprannumero della classe medica la conterà dal giorno del concorso quanto agli accrescimenti, per non essere posposto al lettore d' ostetricia, nel caso, che questi fosse stato eletto professore dopo di lui.

Sarà peso d' ogni professore di leggere per se medesimo la materia a lui destinata per un' ora intiera in ogni giorno segnato nel calendario nel modo, e con la precisione espressa nel capitolo primo. S'impiegherà mezz' ora nel dettare, e mezz' ora nello spiegare, e si eserciteranno li studenti una volta la settimana nelle cose fino allora insegnate, nel modo, e forma, che si crederà più utile.

La sola infermità sarà per li professori una legitima causa per cessare dal leggere senza alcuna perdita d' onorario. Chirografo Benedettino §. *Dichiariamo*, §. *E benchè*, e §. *Per lo stesso fine*. Dovrà però il professore in-

fermo darne subito avviso, mandando in tempo al bidello puntatore li suoi scritti, acciocchè nemmeno per una lezione si cessi dal dettare: altrimenti non sarà esente dalla multa.

Il bidello consegnerà gli scritti allo scolare di maggiore età, che dovrà dettare per quella volta, e restituire gli scritti allo stesso bidello, a cui apparterrà di notificare immediatamente al rettore deputato l'infermità del professore, acciocchè possa provedere al servizio della catedra per il seguente giorno con l'opportuno supplemento.

Nelle classi di legge, e di medicina dovrà supplire il lettore soprannumero a tenore del chirografo Benedettino. In quella delle arti apparterrà al rettore la scelta.

Quanto però alle catedre addette agli ordini regolari, il superiore generale dovrà deputare subito tra' suoi individui un soggetto, da approvarsi dal rettore, che faccia le veci del professore infermo senza alcun dispendio dell' università.

Lo stesso sarà dei lettori di chirurgia, e d'ostetricia, che secondo la legge delle fondazioni, dovranno nominare un chirurgo da approvarsi, come sopra, a tutto loro carico.

Ogni altra causa qualunque, eccettuata quella d'infermità, non meriterà alcun riguardo, benchè fosse degna di espressa menzione. Quindi il servizio del coro, il tempo piovoso, o nevoso, gli affari di qualsisia specie, le chiamate di qualunque personaggio, e gli obblighi di qualsivoglia altro uffizio anche pubblico non otterranno la minima considerazione, come nemmeno l'ottengono per li canonici, e benefiziati delle più distinti patriarcali nel continuo e reiterato giornaliero servizio, benchè taluno di loro mancando non ne siegua nel coro quel vuoto totale, che produce nella rispettiva scuola la mancanza d' un pubblico professore.

Perciò non sarà permesso ad alcun professore di partire da Roma nell'anno scolastico senza licenza del rettore deputato, che la concederà con la sola legge di lasciare gli scritti quando con fede giurata del medico si provi la causa di salute; ed in ogni altro caso, in cui concorra una causa grave, o ragionevole, ancorchè fosse di servizio pubblico, e del principato, darà il permesso d' assentarsi lasciando, come sopra gli scritti, e con la condizione di soddisfare intieramente del proprio il soprannumero, o altro professore, che supplirà le veci del lettore impedito: secondo la chiara disposizione del detto chirografo Benedettino §. *Di più*, §. *E benchè*, e §. *Per lo stesso fine*.

Dovrà pure ogni professore dentro l'anno scolastico compire tutto intiero il suo corso, o di elementi, o di trattati, non solo dettando, ma spiegando ugualmente tutto ciò che avrà dettato secondo la distribuzione del capitolo seguente.

Interverranno li professori a tutte le funzioni dell' università riferite distintamente nel cap. primo, e si presteranno agli esami, dei quali si parlerà nel cap. quarto.

Quei professori, che avranno recitata l'orazione inauguratoria degli studi, o l'altra in lode di Leone X. dovranno darne copia al rettore, che la farà collocare in archivio.

Li professori, che vorranno stampare qualche libro col proprio nome, dovranno prima presentarlo al rettore per ottenerne da lui la licenza in iscritto, e darne poi un' esemplare alla biblioteca Alessandrina, a tenore dell' editto annuo del rettorato.

Per il chirografo Benedettino §. *In questo modo* il rettore deputato, considerati prima li pesi fissi certi, ed incerti addossati alla cassa del rettorato dallo stesso chirografo, dai sopravanzi, che vi potessero essere sarà facile a dare, quando si creda convenevole, qualche sovvenimento a quei lettori, che pubblicheranno alle stampe qualche opera da essi composta.

Si presteranno li professori a firmare nel fine d' ogni terzeria li rincontri della matricola ai loro studenti nel modo, che si dirà nel cap. quarto. Non sarà però lecito d'impiegare in questo il tempo destinato alla lezione, ma potranno li professori ricevere li suddetti rincontri nel sortire di scuola per restituirli firmati il seguente giorno ovvero assegnare un' ora di loro comodo, acciocchè gli studenti possano portarsi a questo oggetto alle lore abitazioni.

Tutte le puntature per qualunque titolo incorse si riterranno sempre per tutto l'anno scolastico antecedente dallo stipendio della seguente terzeria di Natale, e datane una quarta parte al bidello puntatore, si dividerà il rimanente tra tutti li professori della rispettiva classe in proporzione dello stipendio di ciascheduno.

Per le puntature farà piena prova il registro del bidello, che dovrà scri-

versi da lui seguitamente d' ora in ora, e tenersi esposto nella sala dei professori, acciocchè ognuno di loro possa vedere l' occorrente a suo piacere. Perciò se per accidente un professore giungesse dopo l' ingresso della sua ora, si presenterà nella detta sala prima d' entrare in scuola, perchè il bidello possa notare giustamente il ritardo, senza darli carico d' una più lunga mancanza: in diverso caso si avrà per assente finchè il bidello potrà vederlo in catedra nella visita, che farà delle scuole dopo la mezz' ora.

La legge delle puntature essendo spettante alla giustizia commutativa, obbliga strettamente li professori, nè punto dipende dall' esattezza, o dalla connivenza del bidello. Manca anzi intieramente allo stesso rettore deputato ogni facoltà, per poterla dispensare, o interpretare: giacchè il chirografo Benedettino confermato nel moto proprio segnato dalla Santità di nostro signore a piè del rotolo, mitigando in parte la costituzione di Leone X. che proibiva ai lettori ogni altro impiego, e segnatamente l' avvocatura, e stabiliva le multe nel doppio della rata corrispondente dello stipendio, prescrive, che assumendo in avvenire alcun lettore altro impiego, o carica, per cui resti impedito di esercitare per se medesimo la sua lettura, questa vachi *ipso facto, et ipso jure*, ed insieme ordina, e comanda al rettore, che quante volte un lettore lascierà di leggere, o non sarà pronto a salire in catedra all' ora destinata, dobbiate voi, e li vostri successori assolutamente, senza riguardo alcuno ritenergli quella parte di salario, che corrisponde alla lettura di quel giorno; e così puntarlo tante volte, quante mancherà di leggere, o di essere pronto a leggere, eccettuato il solo caso d' infermità.

Siccome poi per le giubilazioni, e per gli accrescimenti (beneficenze non comuni in tutta la loro ampiezza all' altre primarie università) deve considerarsi non la sola anzianità, ma ancora la diligenza usata nel pubblico servizio; così in esecuzione del chirografo suddetto §. *In ultimo* dovrà il rettore umiliare alla Santità di nostro signore nel fine d' ogni anno scolastico la nota distinta delle puntature delle tre terzerie, e farà presente alla Santità sua lo zelo, e l' applicazione, che ogni professore impiega nell' adempimento dei suoi doveri; collocando la relazione in archivio, ove se ne conserverà la serie da riassumersi sempre nei casi suddetti.

Si è dovuto dettagliare tutto questo con precisione, acciocchè il decorso del tempo non riconduca gli abusi deplorati con tanto zelo dai professori attuali. Questi che in voce, ed in scritto hanno formalmente richiesto al rettore deputato il ristabilimento dell' ora intiera prescritta ad ogni lezione, ed il numero fisso di 135 lezioni annue, sono ugualmente lontani dall' aver bisogno di queste leggi, e dal disapprovarne la più esatta osservanza; e comprendono per esperienza, che ogni tolleranza qualunque richiamerebbe il detestato disordine. Abbandonato una sola volta il punto stabilito dei segni della campana non si troverebbe più quel momento, che nell' angusto spazio di un' ora dovrebbe decidere della mancanza.

## CAPITOLO III.

*Delle materie, che si leggono nell' archiginnasio Romano.*

§. 9. Riflettendo la san: mem: di Benedetto XIV. che era un punto di gravissima importanza per il buon regolamento dello studio, e profitto della gioventù, che ciò, s' insegna da un lettore in una facoltà sia di strada, e preparamento all' altra facoltà superiore; e che all' incontro non si consumi il tempo in materie poco utili, o poco adattate all' esigenza dei tempi nostri, volle che fosse cura principale dei rettori pro tempore lo stabilire non solo li giorni, ed ore, nelle quali dovrà leggersi, ma ancora le materie, che dovrà leggere ciascun lettore; e l' ordine, e metodo, col quale dovrà leggere chirogr. §. *Ed essendo.* De materiis in archigymnasio Romano legendis.

Quindi dopo le più serie, e mature considerazioni, con il consiglio di persone assai illuminate, ed esperte, si è stabilita la seguente distribuzione delle materie, scuole, ed ore nell' archiginnasio Romano.

Le materie, che si leggono, si dividono in cinque classi.

I. Materie sacre.
II. Giurisprudenza.
III. Medicina, e chirurgia.
IV. Filosofia, ed arti.
V. Lingue.

*Materie sacre.*

La classe delle materie sacre ha sei professori.

1. Il professore di s. Scrittura legge nella seconda ora della mattina, e finisce in tre anni il suo corso.

Nel primo anno legge. *De sacro textu veteris et novi testamenti, ejusque præcipuis versionibus, deque singulorum sacrorum voluminum canonicitate, et inspiratione.*

Nel secondo. *De singulorum librorum tam veteris, quam novi testamenti genuinitate.*

Del terzo. *De variis s. Scripturæ sensibus: de regulis interpretandi sacras Scripturas; deque præcipuis veteris, et novi testamenti idiotismis.*

Li quattro professori di sacra teologia leggono come siegue.

2. Uno di loro nella seconda ora del dopo pranzo detta ogn' anno l' intiero trattato *de Locis Theologicis* per introdurre li nuovi studenti nella teologia.

3. Un' altro nella stessa ora spiega in tre anni la morale.

Nel primo anno legge. *De morum norma, et natura: ac de officiis hominis erga Deum.*

Nel secondo. *Absolvuntur officia in Deum. Tum de officiis hominis erga seipsum.*

Nel terzo. *De mutuis inter homines officiis.*

Gli altri due professori di sacra teologia danno in quattro anni tutti li trattati particolari.

4. Uno di loro nella prima ora della mattina legge.

Nel primo anno. *De Deo, et divinis proprietatibus.*

Nel secondo. *De Deo trino, et Angelis, et rerum creatione.*

Nel terzo. *De gratia, et justificatione: ubi de fide, spe, et charitate.*

Nel quarto. *De incarnatione.*

5. L' altro nella prima ora del dopo pranzo legge.

Nel primo anno. *De sacramentis in genere. De baptismo, et confirmatione.*

Nel secondo. *De eucharistia.*

Nel terzo. *De poenitentia: de indulgentiis; et extrema unctione.*

Nel quarto. *De ordine, et matrimonio.*

6. Il professore di storia ecclesiastica compisce parimenti il suo corso in quattro anni leggendo nella terza ora della mattina.

Nel primo anno. *Ab adventu Christi ad concilium Nicœnum primum.*

Nel secondo. *A concilio Nicœno ad Carolum Magnum.*

Nel terzo. *A Carolo Magno ad concilium Lateranense primum.*

Nel quarto. *A concilio Lateranensi primo ad concilium Tridentinum.*

In questa classe può aversi l' intiero corso in quattro anni frequentandosi per tre anni le cinque ore nelle rispettive scuole, e l' anno quarto la prima, e la terza ora della mattina, e le due del dopo pranzo.

*Giurisprudenza.*

La classe d' ambedue le giurisprudenze ha sei professori.

1. Il lettore d' istituzioni di gius canonico legge alla prima ora del dopo pranzo.

2. Quello d'istituzioni di gius civile legge alla prima ora della mattina.

3. Quello d' istituzioni criminali legge alla terza ora della mattina.

Questi tre professori danno l' intiero loro rispettivo corso in ogni anno.

4. Il lettore di gius ecclesiastico legge alla seconda ora del dopo pranzo e compisce in cinque anni il suo corso, dando

Nel primo anno. *Prolegomena in jus canonicum, et de fontibus ejusdem juris.*

Nel secondo. *De jure personarum.*

Nel terzo. *De rebus, ac præsertim de septem ecclesiæ sacramentis tum in genere, tum in specie.*

Nel quarto. *De sacramento matrimonii.*

Nel quinto. *De judiciis ecclesiasticis.*

Li professori di gius civile leggono uno alla seconda, e l' altro alla terza ora della mattina, combinano con quelle del gius comune le disposizioni del gius statutario, e finiscono il loro corso parimenti in cinque anni.

5. Uno di loro nel primo anno legge. *De origine, et progressu juris civilis, et de ratione universas leges, et statuta interpretandi.*

Nel secondo. *De diversis regulis juris.*

Nel terzo. *De jure personarum, et de jure dotium, et alimentis.*

Nel quarto. *De servitutibus prædiorum: de usufructu, usu, et habitatione; et de pignoribus, et hypothecis.*

Nel quinto. *De actionibus, et interdictis: De judiciis, et rejudicata.*

6. L' altro legge nel primo anno. *De rerum divisione, et acquirendo earum dominio: De usucapionibus, et præscriptionibus.*

Nel secondo. *De hæreditate, quæ vel ex testamento, vel ab intestato defertur.*

Nel terzo. *De legatis, et fideicommissis: De mortis causa, aliisque donationibus; et de jure codicillorum.*

Nel quarto. *De obligationibus, quæ ex contractu nascuntur.*

Nel quinto. *De obligationibus quæ ex quasi contractu, ex delicto, aut quasi ex delicto nascuntur; et de feudis.*

Il corso intiero di questa classe porta cinque anni frequentando il primo anno le istituzioni civili alla prima ora della mattina; le canoniche alla prima ora del dopo pranzo; e nelle ore seconda, e terza della mattina le due catedre del gius civile per cinque anni: come pure quella del gius canonico alla seconda ora del dopo pranzo. Possono aversi le istituzioni criminali surrogandole per un' anno al gius civile nella terza ora della mattina.

*Medicina, e Chirurgia*

Questa classe conta nove lettori.

1. Il lettore di notomia legge alla prima ora della mattina, e dà in ogni anno l' intiero suo corso.

In sedici giorni festivi e vacanti incominciando dopo l' Epifania, dà in teatro altrettante dissertazioni, con le parti presenti, e disposte per le corrispondenti dimostrazioni, che si eseguiscono dall' incisore anatomico.

Li due lettori d' istituzioni medico-teoriche, e medico pratiche si dividono gli elementi di medicina nel modo seguente.

2. Il professore delle medico-teoriche legge alla seconda ora della mattina l' istituzione di fisiologia, e patologia, con la semiotica, ed igiene.

3. Il professore delle medico-pratiche legge alla seconda ora del dopo pranzo l' istituzioni di terapeutica col metodo di medicare, e con la spiegazione d'Ippocrate.

Ancora questi due professori finiscono in ogni anno intieramente il loro corso.

Li due professori di materie mediche danno in due anni li loro trattati.

4. Uno legge alla terza ora della mattina.

Nel primo anno. *De morbis capitis, et de morbis puerorum.*

Nel secondo anno. *De morbis pectoris, et aneurismatibus.*

5. L' altro legge all' ora prima del dopo pranzo.

Nel primo anno. *De morbis ventris, et de morbis mulierum.*

Nel secondo. *De morbis universalibus, et de febribus.*

6. Il professore di chimica legge alla prima ora della mattina, e dà in ogni anno le intiere istituzioni generali. Quanto alle particolari le divide in tre anni, dando nel primo il regno animale, nel secondo il minerale, e nel terzo il vegetabile.

In quindici vacanze distribuite per l' anno scolastico legge alla terza ora della mattina nel laboratorio chimico altrettante dissertazioni relative alli corrispondenti sperimenti, che si eseguiscono in presenza degli uditori dall' operatore destinato. Ogni anno nelle prime sperienze si replica tuttociò, che riguarda l' apparato chimico, e le sue operazioni generali su i quattro elementi: e si passa in appresso alli sperimenti riguardanti quel regno, di cui in quell' anno si tratta.

7. Il professore di botanica legge alla seconda ora della mattina, e dà in ogni anno l' intiero suo corso.

Dagli ultimi giorni di aprile incomincia a leggere in tutte le domeniche, e vacanze le sue dissertazioni fino al numero di ventiquattro, che terminano prima dei 22. di luglio. Fino alli 27. di giugno legge all' orto medico sul monte Gianicolo alle ore 22. in seguito legge in Sapienza alle ore 21. e mezza nella prima scuola. L' ispettore dell' orto dimostra agli uditori contemporaneamente le piante, delle quali si tratta.

8. Il professore di chirurgia legge nel teatro anatomico alla seconda ora della mattina, e dà in ogni anno il corso intiero delle sue istituzioni, servendo ancora all' uso forense per li giudizj, e perizie.

Nei giorni vacanti tanto prima dell' Epifania, che dopo compite le sedici dimostrazioni anatomiche, eseguisce alla seconda ora della mattina nello stesso teatro quindici operazioni, che in due anni ne formano la serie compita.

9. Il professore d' ostetricia legge alla prima ora del dopo pranzo l' intiero suo corso in ogni anno, che per gli studenti di chirurgia finisce a tutto

aprile. Passa quindi ad istruire le levatrici nella scuola destinata nell' ospedale di s. Rocco. Agli uni, ed alle altre dimostra l' occorrente con l' opportuno fantoccio: ma agli studenti di chirurgia insegna ancora l'operazioni con gli stromenti corrispondenti.

Quindi in tre anni può compirsi l'intiero corso medico, frequentando nel primo anno alla prima ora della mattina la notomia, ed alla seconda le istituzioni medico-teoriche. Nel secondo anno alle ore medesime la chimica, e la botanica, ( delle quali può ancora riservarsene una per il terzo anno ) all' ora terza della mattina, ed alla prima del dopo pranzo le due catedre di materie mediche, ed alla seconda parimenti del dopo pranzo, le istituzioni medico-pratiche: continuando nell' anno terzo le due suddette catedre di materie mediche con unirvi nella mattina la chimica, o la botanica, che non si fosse studiata nell' anno secondo.

Essendo però necessaria alla medicina la cognizione della fisica, e delle matematiche si vedrà nella classe delle arti, come siasi proveduto anche in questa parte, al comodo della studiosa gioventù.

Il corso chirurgico esigge la notomia teorica, e pratica nel primo anno, e nell' anno seguente le istituzioni chirurgiche la mattina, con frequentare però le operazioni nel primo, e nel secondo anno: potendosi ancora studiare l' ostetricia nella prima ora del dopo pranzo.

### *Filosofia, ed Arti*

Questa classe conta cinque professori.

1. Il lettore d' etica alla prima ora della mattina ogni anno intieramente la legge, e derivandola dai principi del dritto naturale, e delle genti dà realmenmente gli elementi del gius publico.

2. Quello di logica, e di metafisica legge alla seconda ora della mattina, e dà in ogni anno l' intiero suo corso, lasciando però l' etica al professore particolare.

3. Il professore d' aritmetica, geometria, ed algebra legge alla terza ora della mattina ed in ogni anno porta il suo corso fin dove è necessario per introdurre gli studenti nelle matematiche miste.

4. Quello di fisica ha parimenti il corso annuale, e legge alla prima ora della sera.

In quindici vacanze distribuite per l' anno scolastico alternativamente con quelle dell' esperienze chimiche, alla terza ora della mattina legge nel teatero fisico altrettante dissertazioni, che comprendono tutti gli sperimenti, li quali si eseguiscono in presenza degli uditori con l'opera del machinista destinato. Dal mese di maggio però, dopo finite le operazioni di chirurgia, si uniscono negli stessi giorni li sperimenti chimici, e li fisici per compire il prescritto numero degli uni, e degli altri prima dei 27 giugno; ed allora lasciando gli sperimenti chimici all' ora terza, quelli di fisica si eseguiscono all'ora seconda.

5. Il professore di matematiche miste alla seconda ora del dopo pranzo legge la meccanica, la statica, l' idrostatica, e le altre parti di matematica mista, che si credono più opportune, secondo la distribuzione, che ogni anno ne fa il rettore deputato.

Frequentandosi in questa classe nel primo anno le tre ore della mattina per studiare l'etica, e la logica, e metafisica, e l' aritmetica, geometria, ed algebra, e nel secondo anno le due ore della sera per apprendere la fisica, e le matematiche miste da continuarsi negli anni seguenti a proporzione del desiderio di approfittarne, si ha il corso delle arti; alle quali si possono aggiungere nel secondo anno, e nelle ore della mattina la lingua Greca, e l'eloquenza Latina.

E siccome per gli studenti di medicina è necessaria la cognizione della fisica, e delle matematiche; così le tre catedre corrispondenti si sono distribuite nella terza ora della mattina, e nelle due della sera, che sono libere nel primo anno per quelli che attendono al corso medico, ai quali anche nell'anno terzo resta libera la seconda ora della sera.

### *Lingue*

Cinque lettori si contano in questa classe, ognuno dei quali dà annualmente il suo corso, ed unisce ai precetti grammaticali le seguenti materie.

1. Il professore di lingua Greca legge alla prima ora della mattina, e si estende ai principii dell' umanità, e belle lettere.

2. Quello di lingua Araba parla altresì degli assurdi dell' Alcorano, e legge alla seconda ora della mattina.

3. Quello di eloquenza Latina leggendo all'ora terza analizza gli scrittori classici, e dà in ogni anno una compita idea della polizia dei Romani, avendo in vista di servire all'intelligenza delle leggi per gli studenti di giurisprudenza.

4. Il professore di lingua Siro-Caldea legge alla prima ora della sera, e tratta ancora delle liturgie orientali.

5. Quello di lingua Ebraica legge all'ultima ora, e convince gl'errori della perfidia Giudaica.

Possono frequentarsi le lingue con la stessa facilità delle arti, essendo distribuite in modo da profittarne in due anni.

La distribuzione di tutte le materie nelle rispettive ore, e scuole è la seguente.

## CLASSE PRIMA

### SCUOLA PRIMA

*Materie Sacre*

La mattina
ora I. Sacra teologia
II. Sacra Scrittura.
III. Storia ecclesiastica.
La sera
ora I. Sacra teologia.
II. Teologia morale.

## CLASSE SECONDA

### SCUOLA SECONDA

*Giurisprudenza*

La mattina
ora I. Istituzioni del gius civile.
II. Gius civile, e statutario.
III. Gius civile, e statutario.
La sera
ora I. Istituzioni del gius ecclesiastico.
II. Gius ecclesiastico.

## CLASSE TERZA

### SCUOLA TERZA

*Medicina*

La mattina
ora I. Notomia.
II. Istituzioni medico-teoriche.
III. Medicina pratica.
La sera
ora I. Medicina pratica.
II. Istituzioni medico-pratiche con la spiegazione d' Ippocrate.

## SUPPLEMENTO ALLE PRIME TRE CLASSI

### SCUOLA QUARTA

*Miscellanee*

La mattina
ora I. Chimica
II. Botanica.
III. Istituzione del gius criminale.
La sera
ora I. Ostetricia.
II. Sacra teologia dei luoghi teologici.

## CLASSE QUARTA

### SCUOLA QUINTA

*Filosofia, ed arti*

La mattina
ora I. Etica del gius naturale, e delle genti.
II. Logica, e metafisica.
III. Aritmetica, geometria, ed algebra.
La sera
ora I. Fisica
II. Matematiche miste.

## CLASSE QUINTA

### SCUOLA SESTA

*Lingue*

La mattina
ora I. Lingua, ed umanità Greca.
II. Lingua Araba, e degli assurdi dell'Alcorano.
III. Eloquenza Latina, e storia Romana.
La sera
ora I. Lingua Caldaico-Sira, e delle sacre liturgie orientali.
II. Lingua Ebraica, e della perfidia Giudaica.

*Teatro anatomico*

La mattina
ora II. Istituzioni di chirurgia anche forense.

## CAP. IV.

*Dei privilegi dei professori, e degli scolari dell' archiginnasio: della matricola, delle lauree ad onore, e delle laure, magisteri, ed altri premj, che si conferiscono agli studenti.*

De privilegiis professorum, et discipulorum archigymnasii Romani.

§. 10. Li professori, e gli scolari dell' archiginnasio Romano godono le seguenti prerogative.

1. Sono a loro comuni tutti li privilegi, che si trovano conceduti ai professori, ed agli scolari di qualunque altra università, niuna affatto eccettuata *Cap. cum diversis de privileg. in sexto.*

2. Sono esenti da tutte le taglie, e pedagi per concessione di Bonifazio VIII. di Giovanni XXII. e di Leone X. lo che al presente è comune a gran parte dello stato ecclesiastico per la gloriosa abolizione di coteste gravezze ordinata dalla Santità di nostro signore felicemente regnante coi providissimi chirografi segnati li 9. aprile, e li 7. giugno 1777.

3. Li professori, e scolari, che ottengono canonicati, o altri benefizi corali sono dispensati dalla residenza nel modo, e forma, che dispongono la costituzione *In supremæ* di Bonifazio VIII. e l' altra *Dum suavissimos* di Leone X.

4. Il privilegio del foro tanto in civile, che in criminale li rende esenti da ogni giurisdizione, e soggetti a quella del rettore deputato a tenore delle suddette costituzioni confermate dalla santa memoria di Benedetto XIV. nel chirografo dei 14. ottobre 1748. §. *Sopratutto*, e §. *Ordiniamo*.

5. Per il detto chirografo Benedettino §. *Ordiniamo* tanto li lettori, che li scolari sono preferiti ad ogn' altro nel conseguimento dei benefizj, e dignità ecclesiastiche, che si danno per concorso, o che sono di libera collazione della santa Sede, e rispettivamente nelle cariche, governi, ed impieghi pubblici anche negli ospedali di Roma ciascuno secondo la sua professione, e capacità.

6. Finalmente li scolari tanto dottori ad onore, quanto dottori, o maestri di premio godono d' una speciale considerazione, e a cose uguali, d'una positiva prelazione sopra tutti per conseguire le catedre corrispondenti della stessa università, anche per concorso.

A quest' effetto, e perchè in esecuzione del chirografo Benedettino sempre apparisca quali sieno quelli, che debbono godere dei suddetti privilegi si farà la matricola, ed elenco degli scolari in ogni principio dell' anno scolastico nel modo seguente.

Ogni studente, che voglia partecipare dei privilegj riferiti, ed aspirare agli onori, che si diranno in appresso, dovrà scriversi di proprio carattere nel libro della matricola, che si riterrà dal bidello puntatore, notando il nome, il cognome, l' età, la patria, la parrocchia, e la precisa abitazione, e spiegando le scuole che intende di frequentare in quell' anno.

Si chiuderà la matricola il giorno 24. novembre, portandone il libro al rettore deputato, e dopo quel tempo niuno più potrà descriversi nella matricola senza un' espressa licenza del rettore medesimo, che esaminati li motivi del ritardo, potrà dispensare trovandoli giusti, purchè però non sia compita la terzeria del Natale.

Nei giorni dopo li 25. novembre ogni scolare ritirerà dal bidello puntatore il rincontro della matricola, che troverà presso di lui in un foglio stampato sottoscritto dal rettore, nel quale sarà espresso il nome dello studente, e la facoltà, che avrà detto di volere apprendere.

Nel fine d' ogni terzeria si esibiranno questi rincontri ai rispettivi professori, che, come si dirà in appresso, li segneranno di proprio pugno restituendoli alli scolari.

Tanto a quest' oggetto, quanto per le ricadenze degli stipendj nei casi di morte, rinuncia, o giubilazione dei professori, le terzerie saranno divise come siegue.

La prima del santissimo Natale incomincierà il dì 5. novembre, e finirà il dì 23. dicembre.

La seconda della s. Pasqua incomincerà il dì 2. gennajo, e finirà il sabbato avanti la domenica delle palme.

La terza di san Giovan Battista incomincerà il mercoledì dopo la terza festa di pasqua, e finirà il giorno 27. di giugno: comprendendo per il professore di botanica tutte le dissertazioni posteriori fino alli 21. di luglio.

Li professori dell' università nelle annotazioni, che faranno in dorso del rincontro in ogni terzeria avranno presente non solo la frequenza materiale alla scuola, ma il profitto dimostrato negli esercizj d' ogni settimana, che dovranno assolutamente praticarsi; e così pure la morigeratezza, e tutto ciò, che è necessario in uno studente, per-

che si concepisca di lui una buona speranza.

La sola infermità potrà scusare presso li professori il difetto di frequenza, purchè si giustifichi loro con attestato del medico, altrimenti si negherà di segnare il rincontro.

Nel nuovo anno scolastico dovrà sempre rinnuovarsi la matricola, ed il rincontro, anche per quelli scolari, che l'avranno goduta nell' anno precedente.

Finito il rispettivo corso, dovrà ogni studente esibire ad ogni professore, dal quale desideri l' attestato, tutti li rincontri originali delle passate matricole; acciocchè possa il lettore con fondamento attestare la verità in quei termini, che egli crederà proporzionati. Volendosi poi concorrere ai premj si dovranno presentare al rettore tanto gli attestati dei professori, che li suddetti rincontri.

De præmiis ad meritum, et ad honorem impertiendis.

§. 11. Le graduazioni, e premj, che si conferiranno al merito degli studenti nel fine d' ogn' anno scolastico saranno li seguenti.

I. Li dottorati ad onore, e quelli di premio.

1. In s. teologia, e filosofia.
2. In gius canonico, e civile.
3. In filosofia, e medicina.

II. Li magisteri di premio.

1. In giurisprudenza criminale.
2. Nella filosofia, ed arti.
3. Nelle lingue.

III. Li premi, ed attestati d' idoneità.

1. In chirurgia.
2. In ostetricia.

Per li dottorati ad onore sarà necessario lo studio di tre anni almeno nelle rispettive classi, cioè

Per il dottorato di teologia dovranno frequentarsi per un triennio le due catedre di s. teologia, con unirvi per un' anno quella dei luoghi teologici, e per gl' altri due anni una dell' altre tre catedre della classe delle materie sacre: ovvero dovranno frequentarsi per un triennio le tre catedre suddette della s. Scrittura, e della morale, e della storia ecclesiastica.

Per li due dottorati di legge si frequenteranno nel primo anno le istituzioni del gius canonico, quelle di gius civile, e la catedra della storia Romana, e nel secondo, e nel terzo le tre catedre di gius ecclesiastico, e di gius civile.

Per il dottorato di filosofia, e medicina si farà costare d' avere applicato alla filosofia, e nel primo anno si studierà la notomia, e le istituzioni medico-teoriche, e negli altri due si frequenteranno assiduamente le due catedre di materia medica, con unirvi ripartitamente per un' anno quelle d'istituzioni medico pratiche, di chimica, e di botanica.

Tutti quelli, che dopo acquistati li requisiti necessarj per concorrere alle lauree d' onore in s. teologia, ovvero in legge canonica, e civile continueranno a frequentare per due altri anni tre catedre della rispettiva classe, come appresso, saranno ammessi all' esame dei dottorati di premio, che si daranno gratis, salvi ( a differenza dei dottorati ad onore ) li soli emolumenti ai ministri dai quali non sono esenti nemmeno li poveri.

Quanto alla classe delle materie sacre, quelli, che avranno frequentate nel triennio le catedre di s. teologia dovranno continuarle il quarto anno per compire il corso, frequentando nello stesso tempo per terza catedra o la s. Scrittura, o la storia ecclesiastica, o la morale: le quali tre catedre unitamente dovranno frequentare nell' anno quinto; ed al contrario quelli, che avranno frequentate queste tre catedre nel triennio, dovranno nelli due anni seguenti frequentare le due catedre di s. teologia, unendovi nel primo anno la storia ecclesiastica per compirne il corso, e nel secondo anno quella dei luoghi teologici. Quelli però, che avessero in quattro anni compito l' intiero corso delle materie sacre, come si è espresso nel cap. 3. non avranno bisogno dell' anno quinto per essere ricevuti all' esame delle lauree di premio.

Quanto poi alla classe di ambedue le giurisprudenze, quelli, che vorranno conseguire le lauree di premio, dopo avere acquistati li requisiti prescritti per concorrere ai dottorati ad onore, dovranno frequentare per altri due anni le due catedre di gius civile, e quella del gius ecclesiastico.

Finalmente nella classe medica si distinguerà col dottorato di premio quello studente, che tra gli ammessi al concorso dell' unica laurea ad onore sarà reputato degno di conseguire questa seconda graduazione, non avendo potuto ottenere la prima.

In avvenire però non si abiliterà più alcuno a poter concorrere per la seconda volta alle laure ad onore con dispensa dal continuare la frequenza delle scuole delle rispettive classi;

e quanto alle lauree di legge per i poveri, si osserverà esattamente la costituzione di Sisto IV., e perciò dovranno questi giustificare gli studi fatti del gius civile, e canonico, e soggettarsi ad un rigoroso esame d' un publico professore avanti a quell' avvocato concistoriale, a cui sarà stato commesso il processo.

Quelli, che avranno frequentato per un' anno le istituzioni canoniche, e le civili, e per un altr' anno l' etica, e le istituzioni criminali si ammetteranno all' esame dei magisteri di premio nella facoltà criminale.

Quelli altresì, che avranno studiato nel primo anno l' etica, la logica, e metafisica, e l' aritmetica, geometria, ed algebra, e nel secondo la fisica, e le matematiche miste, da continuarsi almeno per un' altr' anno: saranno ammessi all' esame dei magisteri di filosofia, ed arti, nei quali saranno distinti quelli, che avranno applicato ancora alla lingua Greca, ed all' eloquenza Latina come si è detto nel cap 3.

Quelli, che avranno atteso all' eloquenza Latina, ed alle lingue Ebraica, Greca, e Siro-Caldea, ed Araba impiegando in questi studi almeno due anni, si ammetteranno all' esame dei magisteri delle lingue.

Quelli, che si saranno applicati alla notomia, ed alla chirurgia, prendendo l' intiero corso dell' una, e dell' altra, con frequentare però per due anni il teatro tanto per le dimostrazioni anatomiche, che per le operazioni chirurgiche, concorreranno all' attestato di premio, che si darà a quelli, che se ne troveranno degni; aggiungendo per il più meritevole il dono d' un opera di chirurgia.

Finalmente quelli, che avranno frequentato per un' intiero corso la scuola d' ostetricia potranno concorrere agli attestati d' idoneità, ed alla medaglia d' oro.

Questi ultimi due premj potranno ottarsi, e conseguirsi dallo stesso studente, quando in lui concorrano li sopra espressi requisiti.

Li dottorati di premio in s. teologia, ed in giurisprudenza, li magisteri di premio nella facoltà criminale, nelle arti, e nelle lingue, e gli attestati d'idoneità in chirurgia, ed in ostetricia non avranno un numero limitato: ma si conferiranno a tutti quelli, che forniti delle qualità sopra espresse, si troveranno degni di conseguirli nell' esame da farsene.

Per essere ammessi agli esami dovranno li concorrenti presentarsi al rettore deputato il primo giorno di luglio con tutti li rincontri delle matricole, e con gli attestati dei rispettivi professori non solo della diligente, ed assidua frequenza, ma del profitto dimostrato negli esercizj scolastici.

Per la teologia, e medicina il rettore ammetterà al concorso quelli, che avranno li requisiti prescritti, rimettendoli ai rispettivi collegi per l' esame, e collazione delle lauree tanto ad onore, che di premio.

Per le lauree ad onore in legge s' intimerà subito il concorso, che dovrà ultimarsi al più in termine di sei ore senza alcuna maggiore tolleranza; e considerate le dissertazioni, apparterrà al congresso rettorale il presciegliere li due concorrenti più degni.

Per li dottorati di premio in legge si farà l' esame dai professori della classe legale avanti al rettore deputato, e suoi due colleghi. L' istesso sarà degli esami per li diversi magisteri, che si eseguiranno dai professori delle rispettive classi.

Per gli attestati, e premio di chirurgia, e per gli attestati, e medaglia d' oro in ostetricia si farà l' esame avanti al rettore, e suoi colleghi dai professori di medicina coll' intervento dei professori di chirurgia, ed ostetricia. Secondo il consiglio degli esaminatori suddetti si ordinerà, che si diano gli attestati della frequenza, ed abilità a quelli soltanto, che si crederanno sufficientemente istruiti. A quello studente poi, che a giudizio dei medesimi sarà il più abile in chirurgia, si darà un attestato assai onorifico, ed un premio d' un corpo di libri, come si è detto; ed al più abile in ostetricia si darà la medaglia d' oro.

Tutti questi esami, e concorsi dovranno ultimarsi prima del giorno 16. di luglio.

Il giorno 21. o 22. di luglio all' occasione, che il collegio rettorale degli illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali si adunerà nella gran sala dell' università per conferire solennemente li due dottorati d' onore, e le lauree di premio in giurisprudenza, si ritroveranno presenti tutti quelli, che avranno conseguite le altre suddette graduazioni, sederanno in luoghi distinti, e verranno pubblicamente encomiati dal decano del lodato collegio. Saranno altresì stampati, ed affissi li loro nomi, ed il bidello li pubbliche-

rà dal pulpito. Dopo di che tutto il corpo dell' università discenderà nella chiesa per assistere alla messa solenne in ringraziamento all' Altissimo.

CARLO LUIGI COSTANTINI

Avvocato concistoriale, e dei poveri, e rettore deputato dell' archiginnasio Romano.

Il regolamento dell' archiginnasio Romano, che presenta le leggi antiche, e veglianti combinate coi nuovi provvedimenti prescritti per espresso oracolo della Santità di nostro signore, essendo stato, dopo un maturo esame, pienamente approvato dagl' illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali monsignor Prospero Bottini ponente di s. Consulta, e monsignor Giuseppe Benetti avvocato del Fisco, e della Reverenda Camera Apostolica colleghi assunti dal principio del rettorato per la buona direzione dell' università a tenore del chirografo Benedettino §. *Ed essendo*: avrà il suo intiero effetto, e la sua totale esecuzione dal nuovo anno scolastico in virtù dello stesso chirografo §. *In esecuzione*; ed in luogo della consueta affissione, verrà distribuito a tutti li signori professori dal bidello puntatore, che ne farà la dovuta relazione in scritto nell' esemplare da conservarsi in archivio.

Dato dalla gran sala della Sapienza li 21. aprile 1788.

C. L. Costantini rettore deputato.

Preces porrectæ pro confirmatione statutorum.

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut præinserta statuta, et leges firmius subsistant, et serventur exactius, memorati exponentes apostolicæ firmitatis patrocinio per Nos communiri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis.

§. 13. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, præinserta statuta et leges auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, prædicti archigymnasii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xv. julii MDCCLXXXVIII. pontificatus Nostri anno docimoquarto.

Dat. die 21 julii 1788 anno XIV.

## DCCIX.

Indulgetur capellanis obedientiæ magistralis hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, ut gestare valeant rocchettum cum mozzetta in eorum ecclesia conventuali.

### Pius PP. VI.

### Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quoties a Nobis postulatur, quod ad ecclesiarum, suorumque inservientium decus, divinique cultus augmentum, et ad Christifidelium pietatem, ac religionem excitandam, promovendamque accommodatum, idoneumque videtur, Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum exhibitarum a procuratore ordinis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Stephani Pajla fratris cappuccini obedientiæ magistralis expresse professi hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani procuratorio etiam nomine aliorum fratrum Cappuccinorum obedientiæ magistralis dicti hospitalis in conventu residentium expositum fuit, quod suæ ecclesiæ splendor admodum conciliaretur, et divinus quoque cultus quodammodo incrementum susciperet, ubi eosdem fratres Cappuccinos illuc residentes aliqua honoris prærogativa in ecclesiastico habitu, quam gestare solent donaremus. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur memoratum exponentem, aliosque Cappuccinos nunc in conventu dicti hospitalis residentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac etiam dilecti filii Antonii de Guiraola Brillane fratris militis expresse professi, ac bajulivi Aquilæ dicti hospitalis, ac apud Nos, et hanc sanctam Sedem dilecti filii magni magistri, ac totius ordinis hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani oratoris precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis suffragantes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut deinceps, et perpetuis futuris temporibus Cappuccini obedientiæ magistralis dicti hospitalis pro tempore in conventu residentes rocchettum cum mozzetta nigri coloris serico rubro subsuta cum suis asolis, et globulis pariter rubris tam in sua ecclesia, ejusque choro, quam extra eum in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, eosque desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quolibet quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima prima julii millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, pontificatus Nostri anno decimo quarto.